Brevissima:

1001 Tiny Latin Poems

Laura Gibbs

BREVISSIMA:
1001 Tiny Latin Poems

Collected and edited
by Laura Gibbs

INTRODUCTION

In this book you will find 1001 Latin "distichs," poems that are just two lines long. I have chosen poems that contain the most commonly used words in Latin so that you will be able to read them without constantly consulting a dictionary. In Part I you will find poems that contain *only* the most commonly used words in Latin, Part II contains poems that have one word not in common use, and in Part III there are poems with two less commonly used words. These less commonly used words are all glossed for you next to the text of the poem. I hope that this vocabulary-driven approach will make the poems accessible to the widest possible range of Latin readers.

You will find quite a variety of poems in the pages of this book – moralizing poems, love poems, philosophical poems, religious poems, mythological poems, jokes, riddles… in short: all kinds of poems. Within each part, the poems are organized by topic, and you will find the topic(s) listed at the bottom of each page. You will see that the poems come from all periods of Latin literature – classical, medieval, and modern. Hopefully you will find a few poems that you can really connect with, perhaps even a poem that you might want to memorize and adopt as your personal motto!

Bestiaria Latina and Brevissima.BestLatin.net

Those of you who read my *Bestiaria Latina* blog know that this project has been taking shape over the past two years, and there is even a special blog - *Disticha Latina* - which is dedicated to these little poems. Each of the poems in this book has an accompanying blog post where you can find vocabulary and grammar notes, along with an illustration for each poem. Quite a few of these poems come from the emblematic tradition, and I have included those visual emblems in the blog posts. So, please visit **Brevissima.BestLatin.net** to learn more about the poems. You can also ask questions there about the poems and I will do my best to supply an answer.

Latin Core Vocabulary List

For core vocabulary, see the *Latin Core Vocabulary List* for the Dickinson College Commentaries project at **DCC.Dickinson.edu**. Christopher Francese, Classics Professor at Dickinson College, has combined information about vocabulary frequency from a wide variety of sources in order to prepare a list of the 1000 most commonly used words in Latin, a "core vocabulary" for reading Latin.

The 130 poems in Part I contain *only* words on the Dickinson *Latin Core Vocabulary List*. So, as you read these poems, jot down any words you have to look up from the *List* in the white space on the right-hand side of the page. That will give you a running list of useful Latin core vocabulary to review and master before you proceed to the remaining poems in the book. Be sure to visit the **DCC.Dickinson.edu** website for additional study materials to help you expand your Latin vocabulary.

Using a Latin Dictionary

As you embark on the adventure of reading Latin on your own, you will need to get used to using a large Latin-English dictionary, such as the *Lewis & Short Dictionary* which is available at many websites online; I especially recommend the *Glossa* version of *Lewis & Short* developed by Clint Hagen which is online at **AThirdWay.com**. There are many other online versions of *Lewis & Short*, as well as Latin dictionary apps for your tablet or handheld computer. In addition to using a big Latin dictionary, you might also find it useful to learn how to use a morphology program which identifies the specific form(s) of a Latin word. For example, you could use William Whitaker's *Words* or the Latin morphology tool at Tufts University's Perseus Project, **Perseus.Tufts.edu**.

The brief definitions provided in this book are not meant to be a replacement for a dictionary; instead, these brief definitions are meant to prod your memory for words you have encountered before but which are not part of your active reading vocabulary. So, if you happen to encounter a Latin word in this book which you have never seen before, don't settle for the brief English definition provided here; instead, look the word up in a big dictionary to see its full range of meaning.

About Macrons

I have not included macrons in this book because macrons are not part of the standard Latin writing system. When you are first learning Latin, macrons can be very helpful, but by the time you are reading Latin on your own, you need to be ready to read without macrons. Vowel length is an important feature of spoken Latin, but it is not something reflected in the Latin writing system. Líkewise, wórd stréss ís án impórtant áspect óf thé Énglish lánguage, bút wé dón't expéct prínted Énglish líterature tó háve thé stréss márked in évery wórd. Doesn't it look strange when English is written that way, each word having a stress mark? It does not look like English because stress marks are not normally used in written English, even though word stress is an essential feature of the language. The same is true for Latin: vowel length is an essential feature of Latin, but it is not a feature that is indicated in written Latin. You have to be able to supply the information about vowel length on your own, based on your own knowledge of the language.

Of course, if you want to add long marks to the poems in this book, by all means do so! You can mark up the book itself, or you might want to print pages from the PDF version to mark up with macrons and other notes. Marking the macrons on your own is a great way to learn the vowel lengths, and you can find macrons in the vocabulary list provided for each poem at the **Brevissima.BestLatin.net** website. There is not room in the book to give a complete vocabulary list of every word for every poem, but the word lists at the website are complete.

Meter and Rhyme

Most of the poems in this book are elegiac couplets, consisting of a dactylic hexameter followed by a pentameter, as here (poem #60):

Omnia si perdas, famam servare memento,
Qua semel amissa, postea nullus eris.

You will also find some poems that consist of two hexameter lines. When a couplet consists of two hexameter lines, there is no indentation in the second line, as you can see in this example (poem #25):

Dilige sic homines, ut eorum crimina vites;
Oderis et culpas, non illum qui facit ipsas.

The dactylic hexameter and the elegiac couplet are standard fare in classical Latin poetry; if you are not familiar with the basic rules for these meters, you can find the information you need in any general Latin reference book or in your Latin textbook.

Something that may be new to you is the use of rhyme. The poets of ancient Rome did not write rhyming verse, but rhyme is a common feature of medieval Latin poetry. So, be sure to keep your eyes and ears open; the medieval poems in this book often feature rhymes either at the ends of the lines or within a single line. Here, for example, is a poem with end-line rhyme (poem #107):

Quid prodest homini, si vivat saecula <u>centum</u>?
Cum moritur, vitam transisse putat quasi <u>ventum</u>.

Here is a couplet with internal rhymes (poem #438):

Dat deus ut <u>detur</u>; nil actio nostra <u>meretur</u>:
Si das, ipse <u>dabit</u>; si non das, ipse <u>negabit</u>.

Note also that these medieval rhymes are sometimes based on medieval pronunciation. For example, the diphthong “ae” could be pronounced as simple “e” (poem #161):

Talis semper <u>eris</u>, consortia qualia <u>quaeris</u>;
Sic fuit, est, et <u>erit</u>: similis similem sibi <u>quaerit</u>.

Likewise, the diphthong “oe” can rhyme with “e” (poem #614):

Ex magna <u>cena</u> stomacho fit maxima <u>poena</u>;
Ut sis nocte levis, sit tibi cena brevis.

For more information about medieval rhymed poetry, see the reference pages at the **Brevissima.BestLatin.net** website. If you happen to enjoy translating Latin into English, you might enjoy trying to translate the rhyming Latin poems into rhyming English couplets. You will probably find that just as the rhyme makes the poem easier to remember in Latin, your English poem will be all the more memorable if you fashion it as a rhyming couplet or a rhyming quatrain.

Where is Catullus?

In the process of preparing this book I analyzed over 8000 Latin distichs and found approximately 1400 poems that met the vocabulary requirements; of those, I chose 1001 poems to include in this book. One poem that did not meet the vocabulary requirement was the most famous Latin distich of all, Catullus' *Odi et Amo*. Many Latin students will recognize this one:

> *Odi et amo. Quare id faciam fortasse requiris.*
> *Nescio, sed fieri sentio et excrucior.*

> I hate and I love. Why do I do it you might ask. I don't know, but I feel it happening and it is tearing me apart.

The three uncommon words in this poem are *fortasse* (perhaps, might), *requiris* (you ask, inquire) and *excrucior* (literally, I am being torn apart, I am excruciated). It was excruciating for me not to be able to include this poem by Catullus in the book, but I am using that dilemma as an excuse to prepare a follow-up volume of distich poems which each contain three uncommon words, and Catullus will take pride of place in that collection.

Bibliography

With one exception, all the resources I used in creating this book are available online at various digital library projects, most notably at Google Books. For links to the online editions, visit the Bibliography page at the **Brevissima.BestLatin.net** website.

Andrelinus, Publius Faustus (1539). *Hecatodistichon*.

Anonymous, *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).

Anonymus Neveleti, in *Mythologia Aesopica* (1610, ed. I. Nevelet).

Appendini, Urbano (1834). *Disticha de Educatione*.

Bechmann, Johann Volkmar (1671). *Epigrammata*.

Binder, Wilhelm, ed. (1857). *Flores Aenigmatum Latinorum*.

Bornitz, Jakob (1680). *Symbola et Emblemata*.

Buecheler, Franz, ed. (1895). *Carmina Latina Epigraphica*.

Camerarius, Joachim (1668). *Symbola et Emblemata*.

Campion, Thomas (1595). *Epigrammata*.

Carolides, Georgius (1597). *Farrago Symbolica Sententiosa*.

Cato, *Distichs* in *Minor Latin Poets* (1934, ed. J. W. Duff).

Cunich, Raimondo (1784). *Epigrammata Anthologiae Graecorum*.

Dunbar, John (1616). *Epigrammata*.

Eckhard, Melchior Sylvester (1629). *Epigrammata*.

Fabricius, Georg (1546). *Disticha*.

Gartner, Andreas, ed. (1578). *Proverbialia Dicteria.*

Gatti, Giuseppe, ed. (1703). *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi.*

Gatty, Margaret Scott, ed. (1900). *The Book of Sun-Dials.*

Girard, Jean (1552). *Stichostratia.*

Glandorp, Johann (1576). *Distichorum Liber.*

Godfrey of Winchester, in Wright (1872).

Grotius, Hugo (1795). *Anthologia Graeca.*

Heinsius, Daniel (1601). *Quaeris Quid Sit Amor.*

Heinsius, Daniel (1613). *Ambacht van Cupido.*

Henry of Huntingdon, in Wright (1872).

Iovius, Benedictus, in *Sacra et Satyrica Epigrammata* (1518, ed. L. B. Pittorius).

Kochanowski, Jan (1884). *Carmina Latina.*

Martial (1919-1920, ed. A. Ker). *Epigrammata.*

Moker, Anton (1573). *Decalogus Metricus et Paraenetica Disticha.*

More, Thomas. *Epigrammata*, in *Memoirs of Sir Thomas More* (1808, ed. A. Cayley).

Muretus, Marcus Antonius (1757). *Juvenilia.*

Nihus, Barthold, ed. (1642). *Epigrammata Disticha.*

Oudin, François (1719). *Silva Distichorum Moralium.*

Owen, John (1613). *Epigrammata.*

Perez, Josephus, ed. (1683). *Hortulus Carminum Selectorum.*

Pignevvart, Iohannes (1624). *Cato Bernardinus.*

Reusner, Nicolaus (1602). *Aenigmata.*

Reusner, Nicolaus (1587). *Aureola Emblemata.*

Rollenhagen, Gabriel (1611). *Nucleus Emblematum.*

Rollenhagen, Gabriel (1613). *Emblematum Centuria Secunda.*

Stradling, John (1607). *Epigrammatum Libri Quattuor.*

Verinus, Michele (1539). *De Moribus Puerorum Disticha.*

Van Vlaenderen, Antoine-Ferdinand (1666). *Epigrammata.*

Voigt, Ernst, ed. (1887). *Florilegium Gottingense.*

Walther, Hans and Paul Gerhard Schmidt, eds. (1963-1986). *Proverbia Sententiaeque Latinitatis Medii Aevi.*

Wegeler, Julius, ed. (1869). *Philosophia Patrum.*

Wright, Thomas, ed. (1872). *The Anglo-Latin Satirical Poets and Epigrammatists of the Twelfth Century.*

Zacher, J., ed. *Proverbia Rusticorum Mirabiliter Versificata*, in *Altfranzösische Sprichwörter* (1859).

BREVISSIMA:
1001 Tiny Latin Poems

Part I: Poems 1-130
(Latin Core Vocabulary List words only)

Part II: Poems 131-469
(poems containing one word not on the List)

Part III: Poems 470-1001
(poems containing two words not on the List)

1. Tempora Concessa

Quae vitae concessa tibi sint tempora, nescis;
   Ergo fac citius quae facienda vides.

2. Scire Futura

Cursus fatorum nescit mens ulla virorum;
   Solius est proprium scire futura dei.

3. Tempus

Omnia fert aetas secum, aufert omnia secum;
   Omnia tempus habent, omnia tempus habet.

4. Dies Longa

Omnia fert aetas; naturam, nomina, formam.
   Fortunamque solet vertere longa dies.

5. Sic Vult Ire

Sicut it, ire sinas, nam sic vult, sicut it, ire;
Sicut enim nunc it, semper sic ivit et ibit.

6. Temporibus Suis

Tempore quae non sunt, sunt; quae sunt, tempore non sunt:
   Omnia temporibus sunt pereuntque suis.

7. Hora Nulla Sine Fructu

Sic fac ut nulla sine fructu transeat hora;
   Sic erit hora brevis, sic labor ipse levis.

8. Sic Mihi Vita

Fessa prius somno quam tradas lumina, dices:
   Fugit ut ista dies, sic mihi vita fugit.

9. Adversa Caveto

Cum fueris felix, quae sunt adversa caveto;
Non eodem cursu respondent ultima primis.

1. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

2. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 250.

3. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.131.

4. Hugo Grotius (1583-1645), *Anthologia Graeca*, vol. I.

5. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

6. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).

7. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1340.

8. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 107.

9. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.18.

10. Non Omnibus Annis

Diversos diversa iuvant; non omnibus annis
Omnia conveniunt: res, prius apta, nocet.

11. Nil Amicitia Gratius

Ad bene vivendum quidquid natura paravit,
Nil datum amicitia gratius est homini.

12. Amicitia

Cur similis similem sibi quaerit, amicus amicum?
Uno nemo potest in pede stare diu.

13. Dulcis Amice, Tene!

Qui dare vult aliis, non debet dicere: Vultis?
Sed dicat plene: Dulcis amice, tene!

14. Amici et Hostes

Quo cui plus dederis, magis hoc tibi fiet amicus;
Quo plus credideris, hoc magis hostis erit.

15. Amicus Falsus

Quem tibi divitiae peperere, est falsus amicus:
Argentum, non te, diligit ille tuum.

16. Amicus Unus Aptus

Aptus amicus adest unus tibi; parce secundum
Quaerere; vix aeque tertius aptus erit.

17. Virtutis Amor

Quidquid agis, fac illud agas virtutis amore;
Hoc semper teneas, et bene semper ages.

18. Legisse Parum Est

Quod legis in scriptis, hoc tu virtutibus imple;
Qui bona scit nec agit, quam miser ille perit!

~ Tempus ~ Amicitia ~ Virtus ~

10. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

11. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

12. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 4.47.

13. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1011.

14. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 8.85.

15. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*

16. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 138.

17. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

18. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus.*

19. Ex Meritis Propriis

Non datur ex meritis maiorum gloria vera;
Ex propriis meritis gloria vera datur.

20. Verae Divitiae

Divitiae non sunt argenti pondus et auri;
Virtutes veras accipe divitias.

21. Quod Paravit Virtus, Retinebis

Et Natura suum repetit, Fortunaque tollit
Quando libet; Virtus quae dedit, illa manent.

22. Bene Agitur

Non satis est vitare malum; plus quaeritur ultra,
Nam bene non agitur, cum male non agitur.

23. Vir Bonus, Vir Magnus

Si bonus es, melior, non maior tempore fies;
Si magnus, maior tempore, non melior.

24. Nocitura

Si mala quis faciat, sibimet solet ipse nocere;
Eius in exemplo debes nocitura timere.

25. Hominis Crimina

Dilige sic homines, ut eorum crimina vites,
Oderis et culpas, non illum qui facit ipsas.

26. Malum Minus

Si duo proponas mala, quaelibet ut faciamus,
Unum sumamus minus, ut maius caveamus.

27. Peccata Non Teguntur

Vive pie semper; frustra peccata teguntur:
Nullus in his terris est sine teste locus.

19. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

20. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*

21. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago,* 2.17.

22. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

23. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 1.55.

24. *Proverbia Rusticorum Versificata* (ed. Zacher), 248.

25. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 243.

26. *Proverbia Rusticorum Versificata* (ed. Zacher), 199.

27. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

28. Praemia Servorum

Si tibi servierit aliquis, sua praemia tecum
Ne retinere diu cures, si diligis aequum.

29. Opera

Qui bene fecerunt, illi sua facta sequentur;
Qui male fecerunt, facta sequentur eos.

30. Poenam Tandem Ferunt

Quae dilata fuit iam longo tempore, tandem
Peccati poenam, qui meruere, ferunt.

31. De Bono et Malo

Poena malum post fata manet, sua praemia iustum;
Alter quod sperat, quod timet alter, habet.

32. Consilium Non Post Facta, Sed Ante

Non dare consilium prodest post facta, sed ante
Facta bonum quidquam consuluisse iuvat.

33. Pro Tempore Cede

Cui scieris non esse parem, pro tempore cede;
Victorem a victo superari saepe videmus.

34. Cede Potenti

Cede locum laesus, Fortunae cede potenti;
Laedere qui potuit, poterit prodesse aliquando.

35. Sat Cito, Si Sat Bene

Quanta sit in rebus mora, nil curato, gerendis;
Sat cito confectum, quod bene fiet, erit.

36. Tolle Moras

Tolle moras ut agas animo quod es ante paratus,
Quodque malum est, fugias ut bene, tolle moras.

28. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).

29. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.148.

30. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

31. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 10.85.

32. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

33. *The Distichs of Cato* (4th century), 2.10.

34. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.39.

35. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago,* 3.54.

36. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago,* 3.94.

37. Amat Victoria Curam

Vincere vis? Labor adsit; amat victoria curam:
Vinces, si vincet non tua terga labor.

38. Vera Vivendi Ratio

Maiorem metuas; similem fer; parce minori:
Tuta erit his mediis vita futura tribus.

39. Felix Nemo Suo Iudicio

Multos felices vidi, se nemo beatum;
Nullus enim, quod adest, id satis esse putat.

40. Quis Felix Est?

Si felix est qui, quae vult, habet omnia, quare
Velle solent homines quae voluisse dolent?

41. Qui Placere Laborat

Temporibus nostris quicumque placere laborat,
Det - cupiat - quaerat, plurima - pauca - nihil.

42. Vita Malis Libera

Nec cupio, nec opes opto mihi: sit mihi parvo
Laeta, sed a duris libera vita malis.

43. Intra Fortunam Tuam Mane

Tutius in parvis poteris consistere rebus;
Intra Fortunam disce manere tuam.

44. Dicere et Facere Sunt Diversa

Multum inter sese praestare et dicere pugnant:
Illud difficile est; hoc nihil est levius.

45. Credo Quod Video

Omnia promittas; nil me promissa movebunt:
Credam, cum faciet dextra oculusque fidem.

37. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago,* 4.62.

38. A.F. Van Vlaenderen, *Epigrammata* (1666), 136.

39. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago,* 4.96.

40. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

41. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

42. Hugo Grotius (1583-1645), *Anthologia Graeca*, vol. I.

43. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

44. Johann Glandorp (1501-1564), *Disticha,* 207.

45. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago,* 3.84.

46. Ad Quendam Divitem

Magnus amor tuus est, si multum hoc tempore dones;
  Si multum credas, est tua magna fides.

47. Non Omnibus Credas

Tempore non omni non omnibus omnia credas;
  Qui misere credit, creditur esse miser.

48. Sic Age

Sic age cum superis, quasi te plebs audiat omnis;
  Sic age cum populo, dii quasi te videant.

49. Spes et Fides

Nulla foret, nisi certa fides foret unaque semper;
  At si certa foret spes mea, nulla foret.

50. Ut Sis Tibi Amicus

Dilige sic alios, ut sis tibi carus amicus;
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.

51. Grata et Ingrata

Quae tibi sunt ingrata, aliis ne feceris umquam;
  Fac aliis, contra, quae tibi grata forent.

52. Aliis Prodesse

Si prodesse aliis studeas, tibi proderis ipsi,
At nisi ames alios, et te quoque nullus amabit.

53. Cito Factum Gratum

Si bene quid facias, facias cito, nam cito factum,
  Gratum erit; ingratum gratia tarda facit.

54. Vultu Laeto

Si vis ut placeant, da vultu munera laeto;
  Donantem laete diligit ipse deus.

46. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 8.33.

47. *Anonymus Neveleti* (12th century), 24.

48. Stephanus Paschasius (1528-1615), in Nihus (1642).

49. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 4.172.

50. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.11.

51. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha*.

52. Marcus Antonius Muretus (1526-1585), *Juvenilia*.

53. Ausonius (c.310-c.394), in Nihus (1642).

54. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum*.

55. Qualia Facta, Tale Nomen

Per mala facta malum nomen mala famaque crescit;
  Accipitur nomen per bona facta bonum.

56. Nomen Magnum

Non umquam magnum te dicam nomen habere,
  Ni vere magno nomine digna geras.

57. Non Alia Famae Via

Qualis haberi optas, talem te redde: parandae
  Non alia est famae certior ulla via.

58. Visne Bonus Dici?

Ficta parum constant: quod haberi poscis, id esto.
  Visne bonus dici? Cura sit esse bonum.

59. Fama Carissima

Numquam cara minus quam propria vita salusque
  Esse viro debet fama cuique sua.

60. Famam Serva

Omnia si perdas, famam servare memento,
  Qua semel amissa, postea nullus eris.

61. Non Sine Invidia

Est mala sors quae non inimicos efficit ullos;
  Invidiam comitem sors bona semper habet.

62. Iudicium Populi

Iudicium populi numquam contempseris unus,
Ne nulli placeas, dum vis contemnere multos.

63. Facta Aliena

Facta aliena tibi si quis solet usque referre,
  Hunc fuge, facta aliis ne tua mox referat.

55. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

56. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha*.

57. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha*.

58. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 133.

59. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

60. Anonymous, in Nihus (1642).

61. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

62. *The Distichs of Cato* (4th century), 2.29.

63. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha*.

64. Solus Sapiens Dives

Quis dives? Solus sapiens. Cur? Nil cupit ille
Aut metuit; vitam cum ratione regit.

65. Rerum Sapientia Custos

Optima gestarum rerum sapientia custos,
Aeternis condens fortia facta libris.

66. Multa Adhuc Latent Homines

Multa homini natura dedit cognoscere; plura
Non dedit: haec alio tempore forte dabit.

67. Mortalia Cura

An di sint caelumque regant, ne quaere doceri;
Cum sis mortalis, quae sunt mortalia, cura.

68. Sapiens Patiens

Id patiamur onus quod non mutare valemus;
Ferre quod impositum est est sapientis onus.

69. Vita Aliena Magistra

Multorum disce exemplo quae facta sequaris,
Quae fugias; vita est nobis aliena magistra.

70. Crimina Nostra

Cernimus alterius vitium cito; cernere nostrum
Non volumus: videat crimina quisque sua.

71. Iudex Sibi

Cum te aliquis laudat, iudex tuus esse memento;
Plus aliis de te quam tu tibi credere noli.

72. Non Omnia

Omnia non dicas quae scis, non omnia credas,
Nec facere hoc semper quod potes omne velis.

64. Nicolaus Reusnerus (1545-1602), *Aureola Emblemata,* 91.

65. Gabriel Rollenhagen (1583-1619)*, Emblemata,* 8.

66. Johann Glandorp (1501-1564)*, Disticha,* 218.

67. *The Distichs of Cato* (4th century), 2.2.

68. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

69. *The Distichs of Cato* (4th century), 3.13.

70. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

71. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.14.

72. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

73. Discere Nolle

Non vitium est didicssse nihil, sed discere nolle
   Est vitium; laudem qui cupit, ille capit.

74. Qui Doceri Nescit

Cum tibi contigerit studio cognoscere multa,
Fac discas multa, et vites nescire doceri.

75. Omnia Disce

Omnia disce, puer; tuus hic labor unus, at inter
   Omnia, disce prius vivere, disce mori.

76. Libris Amissis

Qui nil ingenio committit, at omnia libro,
   Amissis retinet nil miser ille libris.

77. Disce ut Doceas

Et labor et studium doctos genuere magistros;
   Quod numquam didicit, nemo docere potest.

78. Vos Qui Docetis

Exemplum detis, alios quicumque docetis;
Si non servatis quae praecipitis, taceatis.

79. Lingua Docet Quid Lateat

Sermo refert mores; animus sic proditur ore:
   Quid lateat tacito pectore, lingua docet.

80. Lingua Una, Aures Duae

Ut nos pauca loqui, plura autem audire moneret,
Linguam unam natura, duas dedit omnibus aures.

81. Tace Tu Primus

Quod tacitum vis esse, tace tu primus; amico,
   Quae tua sunt debes, non aliena, loqui.

73. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

74. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.48.

75. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 191.

76. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum*.

77. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

78. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum*.

79. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum*.

80. Marcus Antonius Muretus (1526-1585), *Juvenilia*.

81. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 144.

82. Odium et Fides

Dulcia pro dulci, pro turpi turpia reddi
Verba solent; odium lingua fidemque parit.

83. Quae Scis, Non Dicas

Quae scis, non semper dicas; dixisse nocebit:
Scire licet, sed non dicere scita licet.

84. De Munere

Quid non argento, quid non corrumpitur auro?
Qui maiora dabit munera, victor erit.

85. Aurum Omnia Vincit

Quae neque vi poteris neque duro vincere ferro,
Aurum adhibe: cedent protinus illa tibi.

86. Fac Bene Dum Vivis

O dives, dives, non omni tempore vives!
Fac bene dum vivis, post mortem vivere si vis.

87. Pauperis Sors

Pauper sum, quid tum? Num vis odisse nocentem
Nil tibi? Crimen habet sors mea; vita caret.

88. Divitiis Utamur ut Oportet

Divitiis utare tuis, tamquam moriturus;
Tamquam victurus, parcito divitiis.

89. Sic Habe Divitias

Tu tibi divitias, ut non moriturus, habeto;
Idem divitias, ut moriturus, habe.

90. Parum Habere Cum Honore

Praestat habere parum, vero nec honore carere,
Quam sine honore bono multa tenere bona.

82. *Anonymus Neveleti* (12th century), 37.

83. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

84. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

85. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago,* 5.81.

86. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 792.

87. Hugo Grotius (1583-1645), *Anthologia Graeca*, vol. I.

88. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

89. Stephanus Paschasius (1528-1615), in Nihus (1642).

90. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

91. Quod Natura Rogat

Qui non curaret plus quam natura rogaret,
Dives hic esset, quia res sibi nulla deesset.

92. Pro Patria Cara

Pro patria moriens cara, post funera vivit;
Pro patria laus est non moritura mori.

93. Non Sine Causa

Non frustra gladium princeps gerit aut sine causa,
Sed facit officium, praecipiente deo.

94. Rex Populi Lux Animusque

Quod sol in mundo, cor quodque in corpore, rex est
In regno, populi lux animusque sui.

95. Magnus Timet

Quanto maior eris, maiora pericla cavenda;
Crede mihi: nullo tempore tutus eris.

96. In Domo Parva

Quo quisque est maior, maiora pericula vitae
Sustinet; in parva est vita beata domo.

97. Parentes Dilige

Diligit atque colit caros quicumque parentes,
Perpetuo felix atque beatus erit.

98. Parentum Errata

Non male ferre senum debes errata parentum,
Proxima nam vitae causa fuere tuae.

99. Tibi Facient Rursum

Quae facies matri, faciet tua filia rursum,
Filius et faciet, quod facis omne patri.

91. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).

92. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

93. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Emblemata,* 3.

94. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).

95. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

96. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

97. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

98. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

99. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

100. Ut Mater, Sic Filia

Nosse cupis, qualis tibi virgo futura sit uxor?
   Matris ad ingenium respice; tutus eris.

101. Maritus Uxorque

Felix est uxor felixque maritus, amantum
   Par, cum par coniunx ducit uterque iugum.

102. In Coniuges

Cor animumque suum tua te vocat uxor, et ipsa
   Est tibi cor animi; vivitis ergo pares.

103. Senex et Iuvenis

Nemo senex adeo quin annum vivere possit;
Nemo tam iuvenis, quin ipse mori cito possit.

104. De Somno

Si somnus nihil est nisi mors, nil mors nisi somnus,
   Quo plus in vita dormio, vivo minus.

105. Vivere Disce, et Mori

Ut tibi mors felix contingat, vivere disce;
   Ut felix possis vivere, disce mori.

106. Memento Mori

Quod reges audire timent, quod dicere servi,
   Ipsa tibi dicit fama: memento mori.

107. Vita Quasi Ventus

Quid prodest homini, si vivat saecula centum?
Cum moritur, vitam transisse putat quasi ventum.

108. Homo Ventus

Nil nisi ventus homo est, hostis sibi maximus ipse,
   Et totae vitae scit nihil in spatio.

100. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

101. Nicolaus Reusnerus (1545-1602), *Aureola Emblemata,* 52.

102. John Dunbar (c.1585-1626)*, Epigrammata,* C2.45.

103. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).

104. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.140.

105. Caelius Calcagninus (1479-1541), in Nihus (1642).

106. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 4.115.

107. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).

108. Hugo Grotius (1583-1645), *Anthologia Graeca*, vol. I.

109. Pereunt Omnia

Quod fuit, est, et erit, periit spatio brevis horae;
Ergo parum refert esse, fuisse, fore.

110. Vincula Mortis

O mors, quam dura, quam fortia sunt tua iura!
Non est tam fortis, qui rumpat vincula mortis.

111. Mors et Amor

Vincere vis mortem, fallentem vincere amorem?
Mors et amanda tibi est, et metuendus amor.

112. Fatum Venturum

Multum venturi ne cures tempora fati;
Non metuit mortem, qui scit contemnere vitam.

113. Mors Non Timenda

Fac tibi proponas mortem non esse timendam,
Quae, bona si non est, finis tamen illa malorum est.

114. Mortis Metus

Ne timeas illam quae vitae est ultima finis;
Qui mortem metuit, quod vivit, perdit id ipsum.

115. Tu Mihi Omnia

Tu mihi terra, Deus, mihi tu mare, tu mihi caelum,
Denique cuncta mihi es: te sine, cuncta nihil.

116. Deus Omnia Videt

Quem nemo vidit, deus hic videt omnia solus;
Hunc res in mundo nulla latere potest.

117. Dei Donum Fides

Desine cur videat nemo sine numine numen
Mirari; solem quis sine sole videt?

109. *The Book of Sun-Dials* (ed. Gatty).

110. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 79.

111. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

112. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.22.

113. *The Distichs of Cato* (4th century), 3.22.

114. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.22.

115. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

116. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

117. Iacobus Lectius (c.1556-1611), in Nihus (1642).

118. Voluntas

Vis bonus esse? Velis tantum, fiesque volendo;
Is tibi posse dabit, qui tibi velle dedit.

119. Dies Iudicii

Quo respondebunt homines et ad omnia, et omnes,
Iudicio tanto nam satis una dies?

120. Vivere Mundo Mors Est

Qui mundo vivis, vitam ne dixeris esse,
Sed mortem; vera est vivere vita deo.

121. Vivo ut Moriar

Ut moriar vivo, moriorque ut vivere possim;
Sic operas tradunt vitaque morsque sibi.

122. Verus Amor Dei

Haec duo non animum possunt intrare sub unum:
vanus amor mundi, verus amorque dei.

123. Quod Paucis Orandus Deus

Da bona, sive rogere, deus, seu nulla rogere;
Et mala, sive rogere, nega, seu nulla rogere.

124. Deo Dante

Quidquid amas, si forte deum non diligis, erras;
Quidquid habes, illo dante beatus habes.

125. Deum Dilige Corde Toto

Corde deum toto, cum tota mente animaque
Dilige; mox fratrem dilige deinde tuum.

126. Deum Dilige et Vicinum

Dilige corde deum toto super omnia; post quem,
Dilige vicinum, sicut te diligis ipsum.

118. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.106.

119. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.175.

120. Ubertus Clericus (active 1610), in Nihus (1642).

121. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago,* 4.88.

122. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 485.

123. Thomas More (1478-1535)*, Epigrammata.*

124. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 23.

125. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

126. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).

127. Quid Sum?

Dum nihil ipse vides, facio te multa videre;
Lumina ni claudat, me quoque nemo videt.

128. Pompeius Magnus, Cato Maior, Fabius Maximus

Maximus hic Magno minor est, Maiorque maior;
Quis fuit istorum maximus ergo trium?

129. De Seipso

Sunt quidam, qui me dicunt non esse poetam,
Et verum dicunt. Cur? Quia vera loquor.

130. Auctores Veteres et Recentes

Auctores miror veteres mirorque recentes;
Pulchra mihi, quisquis dixerit illa, placent.

131. Hora Fugax

Temporis in mundo res nulla fugacior hora;
Quam cum praesentem credimus, illa fuit.

132. Tempus Tuum

Res est una, tuam possis quam dicere: tempus.
Utere! Dum cessas, desinit esse tuum.

133. Nil Magis Nostrum Est Quam Tempus

Nil magis est nostrum volucris quam temporis usus,
Sed multis tamquam res aliena volat.

134. Omnia Tempus Habent

Omnia tempus habent: flebis dum tempora flendi,
Ride dum risum tempora laeta ferunt.

135. Res In Se Recurrentes

Rebus in humanis adeo in se cuncta recurrunt,
Finis ut unius sit caput alterius.

127. Nicolaus Reusnerus (1545-1602)*, Epigrammata,* 162.
[Somnus]

128. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 2.170.

129. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 4.249.

130. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

131. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
fugax (fugacis): swift, fleeting, transitory

132. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 286.
cesso, cessare: delay, stop, cease

133. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*
volo, volare: fly

134. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
risus (risus*, m.*): laughter

135. Joachim Camerarius (1534-1598)*, Symbola,* 4.83.
recurro, recurrere: run back, return, recur

136. Tempus Volubile

Cuncta trahit secum vertitque volubile tempus,
Nec patitur certa currere quemque via.

137. Vita Quae Praeteriit

Nec quae praeteriit rursum revocabitur unda,
Nec quae praeteriit vita redire potest.

138. Damna Dierum

Damna fleo rerum, sed plus fleo damna dierum;
Quisque potest rebus succurrere, nemo diebus.

139. Dies Clarissima

Nulla dies umquam debet clarissima dici
Donec ad occasum sol revocatus erit.

140. Fortuna Vocor

En ego Fortuna; si starem sorte sub una
Et non mutarer, numquam Fortuna vocarer.

141. Felix et Miser

Dupliciter miser es, quia felix ante fuisti;
Dupliciter felix, qui fuit ante miser.

142. Apologia Fortunae

Nulla mala est Fortuna, aequa omnibus, omnibus una:
Spem dat pauperibus, divitibusque metum.

143. Vitam Regit Fortuna, Non Sapientia

Caeca dea est rerum rectrix; Fortuna vocatur:
Non minus at caeci, quos dea caeca regit.

144. Fert Omnia Secum

O felix, secum sua quicumque omnia portat,
Fortunae vivens liber ab arbitrio.

136. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).
volubilis, -e (volubilis): winding, twisting, rolling

137. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
praetereo, praeterire, praeterii: pass, go by

138. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 41.
succurro, succurrere: run to the aid of, help

139. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.
occasus (occasus, *m.*): falling, going down, setting

140. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 333.
en: look! behold!

141. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.157.
dupliciter: doubly

142. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 1.107.
apologia (apologiae, *f.*): defense, apology

143. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 12.20.
rectrix (rectricis, *f.*): governess, leader, guide

144. Joachim Camerarius (1534-1598), *Symbola,* 4.100.
arbitrium (arbitrii, *n.*): judgment, decision, will

145. Ad Amorem

Ut ver dat florem, flos fructum, fructus honorem,
Sic studium morem, mos sensum, sensus amorem.

146. Summa Voluptas

Dulcis Amor, tu vera animi, tu summa voluptas!
Ah, mihi tu flammis pectus adure tuis!

147. Qui Amat, Uritur

Nescio quid sit amor: nec amo, nec amor, nec amavi;
Sed scio: si quis amat, uritur igne gravi.

148. Vultus Tuus

Ante meos oculos praesto est tua semper imago
Et videor vultum mente videre tuum.

149. Mente Praesens

Mente mihi es praesens, licet absis corpore, mente
Te fruor et totos te gero mente dies.

150. Nulla Puella

Nescio tam multis quid scribas, Fauste, puellis;
Hoc scio: quod scribit nulla puella tibi.

151. Quod Galla Volt

Volt, non volt dare Galla mihi, nec dicere possum,
Quod volt et non volt, quid sibi Galla velit.

152. Galla Semper Fallit

Das numquam, semper promittis, Galla, roganti;
Si semper fallis, iam rogo, Galla, nega.

153. Thais Amore Caret

Thaida si quis amat, sua, non se, credat amari:
Thais amore caret; munus amantis amat.

145. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
ver (veris, *n.*): spring, springtime

146. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*
aduro, adurere: set fire to, burn, inflame

147. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 672.
uro, urere: burn, inflame, scorch

148. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*
praesto: at hand, ready, nearby

149. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*
licet: although, granted that

150. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 11.64.
Faustus (Fausti, *m.*): Faustus

151. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 3.90.
Galla (Gallae, *f.*): Galla

152. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 2.25.
Galla (Gallae, *f.*): Galla

153. *Anonymus Neveleti* (12th century), 49.
Thais (Thaidis, *f.*; Thaida *acc.*): Thais

154. Amor

Dic mihi, quid sit amor? Pessum quo cuncta feruntur,
Pondus amor meus est; nil nisi pondus amor.

155. Amor Amarus

Nil amor est aliud nisi tristis et aegra voluptas;
Nil nisi dulce malum, nil nisi triste bonum.

156. Ubi Dolemus

Est illic oculus, ubi res sunt quas adamamus;
Est ibi nostra manus, qua nos in parte dolemus.

157. Facies Veneris

Quid facies, facies Veneris cum veneris ante?
Ne sedeas, sed eas, ne pereas per eas.

158. Ad Pontiam

Te fugio, vitoque tuos, mea vulnera, vultus,
Pontia, non quia te non amo, sed quod amo.

159. De Amicitia

Perfacile est quiddam, nomen si quaeris, amicus,
At si rem placeat quaerere, difficile.

160. Nemo Sibi Satis

Nemo sibi satis est; eget omnis amicus amico:
Si non vis aliis parcere, parce tibi.

161. Similis Similem Sibi Quaerit

Talis semper eris, consortia qualia quaeris;
Sic fuit, est, et erit: similis similem sibi quaerit.

162. Velle Tuum Meum Est

Quod cupis, id cupio; quod spernis, sperno; tuumque
Velle meum velle est, nolleque nolle meum.

154. Benedictus Iovius (1471-1545), *Epigrammata.*
pessum: down, downwards, to the bottom

155. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
amarus, -a, -um: bitter, pungent, harsh

156. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 334.
adamo, adamare: love deeply

157. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1013.
Venus (Veneris, *f.*): Venus, goddess of love, love

158. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 4.125.
Pontia (Pontiae, *f.*): Pontia

159. Raimondo Cunich (1784), *Anthologia Graecorum.*
perfacilis, -e (perfacilis): very easy

160. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).
egeo, egere: lack, be without, need

161. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*
consortium (consortii, *n.*): fellowship, association

162. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
sperno, spernere: scorn, reject, despise

163. Vita Hominis

Cum tibi vel socium vel fidum quaeris amicum,
Non tibi fortuna est hominis, sed vita petenda.

164. Verus Amicus

Invenies multos, si res tibi floret, amicos;
  Si fueris pauper, quis tibi amicus erit?

165. Quis Mendicum Amat?

Cum sim mendicus, cognosco quis sit amicus;
  Me quis amet video, deficiente meo.

166. Dilectio Vera

Tempore felici non cognoscuntur amici;
Sorte patet misera, quae sit dilectio vera.

167. Fortuna Pereunte

Tempore felici multi numerantur amici;
  Dum fortuna perit, nullus amicus erit.

168. Temporibus Duris

Temporibus duris veri noscuntur amici;
  Ah, fidos paucos experiere tibi!

169. Pignora Prima

Damnaris numquam post longum tempus amicum;
Mutavit mores, sed pignora prima memento.

170. Cum Carum Moneas

Cum moneas aliquem nec se velit ille moneri,
Si tibi sit carus, noli desistere coeptis.

171. Nemo Inimicus

Maiores colito; paribus par esto; minores
  Ne spernas: tibi sic nemo inimicus erit.

163. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.15.
fidus, -a, -um: faithful, loyal

164. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*
floreo, florere: blossom, flourish, be prosperous

165. *Proverbia Rusticorum Versificata* (ed. Zacher), 118.
mendicus, -a, -um: needy, poor; beggar

166. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1354.
dilectio (dilectionis*, f.*): love, affection

167. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1353.
numero, numerare: number, count

168. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*
fidus, -a, -um: faithful, loyal

169. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.41.
pignus (pignoris*, n.*): pledge, token

170. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.9.
desisto, desistere: leave off, cease, stop

171. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*
sperno, spernere: scorn, reject, despise

172. Amicus ut Non Alius, Inimicus ut Non Idem

Aeternum tibi credideris, quem nactus, amicum;
Hostem ita, qui fieri possit amicus, habe.

173. Amicus Inimicus

Paucis fide: tibi quem tu nunc reris amicum,
Post horam ille tibi, fors, inimicus erit.

174. Non Amo Te

Non amo te, Sabidi, nec possum dicere quare;
Hoc tantum possum dicere: non amo te.

175. Amare ut Amicus Sis

Omnis amicus amat, sed non qui amat omnis amicus;
Si quem, Basse, tu amas, esto et amicus ei.

176. Difficilia Quae Pulchra

Non facile ad pulchros itur virtutis honores;
Praemia quem tangunt, taedia non moveant.

177. Praemium et Poena

Virtutis sectanda via est, vitiumque fugandum;
Praemia digna bonis, poena parata malis.

178. Boni et Mali

Oderunt peccare boni virtutis amore;
Oderunt peccare mali formidine poenae.

179. Homo Ingeniosus Vanus

Ingeniosus homo est: quid tum? Si cetera desunt,
Nil nisi vanus homo est ingeniosus homo.

180. Virtus

Non est in verbis virtus, at rebus inhaeret;
Res sunt, non voces, spes amor atque fides.

172. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 2.35.
nanciscor, nancisci, nactus: obtain, find

173. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*
fido, fidere: trust in, be confident in

174. Martial (40 - c.104)*, Epigrammata,* 1.32.
Sabidius (Sabidii*, m.*): Sabidius

175. Godfrey of Winchester (c.1050-1107)*, Epigrammata,* 55.
Bassus (Bassi*, m.*): Bassus

176. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.56.
taedium (taedii*, n.*): weariness, tedium

177. Benedictus Iovius (1471-1545)*, Epigrammata.*
sector, sectari: follow eagerly, chase, pursue

178. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 132.
formido (formidinis*, f.*): fear, terror, dread

179. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 182.
ingeniosus, -a, -um: clever, ingenious

180. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.96.
inhaereo, inhaerere: stick in, adhere to

181. Qui Probitate Caret

Dat probitas speciem, sed non species probitatem;
Qui probitate caret, nil sibi forma valet.

182. Gloria Umbra Virtutis

Contemnit laudem virtus, licet usque sequatur
Gloria virtutem, corpus ut umbra suum.

183. Gloria Nihil Est

Est etenim virtus aliquid, nil gloria; sicut
Est aliquid corpus, corporis umbra nihil.

184. Virtutis Amor, Non Opum Studium

Semper opum studio praefer virtutis amorem;
Non opibus virtus, sed opes virtute parantur.

185. Virtus Immortalis

Praeter virtutem nihil immortale tenemus;
Mens manet et virtus: cetera mortis erunt.

186. Virtuti Mors Nocere Non Potest

Sola potest homines aeternos reddere virtus;
Huic soli e cunctis non Libitina nocet.

187. Quanto Dignior

Quanto dignior es, aut per genus aut per honores,
In te tanto res vitiosae sunt graviores.

188. Vir Bonus

Si quicquid rarum carum est pretiumque meretur,
Crede mihi: res est vir pretiosa bonus.

189. Res Bene Parta

Non fortunantur bona quae male parta fuerunt:
Res bene parta manet; res male parta perit.

181. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 39.
probitas (probitatis, *f.*): goodness, honesty, worth

182. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
licet: although, granted that

183. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
etenim: because, as a matter of fact

184. Marcus Antonius Muretus (1526-1585), *Juvenilia.*
praefero, praeferre: put before, prefer

185. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 12.1.
immortalis, -e (immortalis): immortal, eternal

186. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*
Libitina (Libitinae, *f.*): Libitina, goddess of corpses

187. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 109.
vitiosus, -a, -um: faulty, full of vice, vicious

188. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 1.87.
pretiosus, -a, -um: expensive, costly, precious

189. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*
fortuno, fortunare: make happy, bless

190. Malum Minus Elige

Quando duo mala sunt, minus elige, grande relinquens,
  Nam damni quis non optat habere minus?

191. Orbis

In mundo nil constat; in orbem vertitur orbis:
  Quid mirum, recti quod sit in orbe nihil?

192. Lex et Iustitia

Vis legis prohibere malum est, permittere honestum;
  Iustitia est semper ius dare cuique suum.

193. Iustum Petito

Quod iustum est, petito, vel quod videatur honestum,
Nam stultum petere est, quod possit iure negari.

194. Lites Vitandae

Laudo quo vites, fili carissime, lites,
Vivere si laetus cupies in pace quietus.

195. Lites, Leges

Lis genuit leges, legum lis filia; vivi
  Non sine lite solet, nec sine lege potest.

196. Damnatus Inique

Esto animo forti, cum sis damnatus inique;
Nemo diu gaudet, qui iudice vincit iniquo.

197. Deum Nihil Latet

Si quid forte mali aut facias, aut mente volutes,
Ut lateas homines, certe deus omnia cernet.

198. Sine Timore

Quod rectum est, facias; faciendo mitte timorem:
  Neve timeto hominem, neve timeto deum.

190. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*
grandis, -e (grandis): great, large, grand

191. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 1.49.
mirus, -a, -um: strange, amazing

192. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*
iustitia (iustitiae, *f.*): justice, righteousness

193. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.31.
stultus, -a, -um: foolish, silly

194. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
lis (litis, *f.*): lawsuit, quarrel

195. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 2.60.
lis (litis, *f.*): lawsuit, quarrel

196. *The Distichs of Cato* (4th century), 2.14.
iniquus, -a, -um: unequal, unjust, unfair; *adv.* inique

197. Marcus Antonius Muretus (1526-1585), *Juvenilia.*
voluto, volutare: revolve in the mind, consider

198. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
neve: and not, nor, neither

199. Deus Testis

Quidquid ages dicesve, deum testem esse memento;
Quae tacitus tecum volvis, et illa legit.

200. Non Semper Tecta

In tenebris tacite mala quae peccata patrantur,
Non semper sicut tecta fuere latent.

201. Umbra Corpus Sequitur

Umbra velut corpus, sic indivisa sequentur
Te mala, si quae aliis tu malus intuleris.

202. Merito Patiens

Quod merito pateris, patienter ferre memento,
Cumque reus tibi sis, ipsum te iudice damna.

203. Iniuria Repetit Auctorem

Plurima nunc aliis praebes nocumenta, sed ipsum
Mox ad te cernes cuncta redire domum.

204. Mentes Diversae

Quae sibi nullius mens conscia criminis, audet;
Quae sibi mens culpae est conscia, spectat humum.

205. Intentus in Unum

Quicquid agas, studeas opus esse intentus in unum,
Nam varius turbat mentem adimitque labor.

206. Noli Differre

Non alias, hodie quod agendum est, differ in horas;
Saepius in magnis nam mora rebus obest.

207. Non Sine Consilio

Non sine consilio fac perficienda, dolorem
Post factum damno ne patiare tuo.

199. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 2.
volvo, volvere: roll, turn around, consider

200. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.
patro, patrare: perform, accomplish

201. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha*.
indivisus, -a, -um: undivided, attached, inseparable

202. *The Distichs of Cato* (4th century), 3.17.
patienter: patiently

203. Johann Glandorp (1501-1564), *Disticha,* 144.
nocumentum (nocumenti, *n*.): harm, injury

204. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
conscius, -a, -um: knowing, conscious, guilty

205. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 4.56.
adimo, adimere: take away, deprive, snatch

206. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.
obsum, obesse: be an obstacle, hinder, hurt

207. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.
perficio, perficere: finish, accomplish

208. Consilium Utile

Consilium per se magnas habet utile vires,
Quo sine nil robur, nil manus ulla valet.

209. Melius Consilium Quam Vires

Consilio utilius quam viribus arma geruntur;
Militis est robur, consiliumque ducis.

210. Respiciendus Est Finis

Omnibus in rebus primum est expendere finem;
Totum onus incepti muneris ille gerit.

211. Vir Prudens, Vir Fortis

Prudentis cavisse viri est mala, ferreque fortis,
Ut mala non metuat iste, nec ille ferat.

212. Prudentia

Ingeniis addo lucem, Prudentia, cernens
Quod fuit atque quod est, quaeque futura trahunt.

213. Dis Superis Par

Qui sollers facienda facit vitandaque vitat,
Hunc ego dis superis arbitror esse parem.

214. Qui Petit Immeritum

Qui petit immeritum, non debet habere petitum;
Si peto plus merito, careo de iure petito.

215. Votum Auctoris

Nec paupertatem nec opes desidero magnas;
Nolo parum, nimium non volo: sat mihi sat.

216. In Fortunam Modicam

Non ego divitias cupio, sed vivere tantum
Ex paucis, dum sint omnia tuta mihi.

208. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 1.58.
robur (roboris*, n.*): oak, tough core, strength

209. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*
robur (roboris*, n.*): oak, tough core, strength

210. Johann Glandorp (1501-1564)*, Disticha,* 254.
expendo, expendere: weigh, reckon, consider

211. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.164.
prudens (prudentis): wise, having foresight

212. Georg Fabricius (1516-1571)*, Disticha.*
prudentia (prudentiae*, f.*): foresight, wisdom

213. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*
sollers (sollertis): skillful, clever, expert

214. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 191.
immeritus, -a, -um: undeserved, undeserving

215. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 10.68.
paupertas (paupertatis*, f.*): poverty, need

216. Iohannes Secundus (1511-1536), in Nihus (1642).
modicus, -a, -um: moderate, temperate, small

217. Cura Nulla

Dii faciant habeam quod vitae postulat usus,
Curaque de reliquis non erit ulla mihi.

218. Ad Amicum Divitem

Si quantum valeat res quaeque carendo sciatur,
Quid valeant nummi divitiaeque scio.

219. Vive Contentus

Rebus et in censu si non est quod fuit ante,
Fac vivas contentus eo quod tempora praebent.

220. Contentus, Meliora Require

Fac contentus eo quod contigit usque fruaris;
Sic tamen ut numquam meliora requirere parcas.

221. Funde Abunde

Funde vinum, funde, tamquam sint fluminis undae;
Nec quaeras unde, sed fundas semper abunde.

222. Non Vivo ut Edam

Vivis, non ut edas; edis autem, ut vivere possis:
Ut vivam esse decet, vivere non ut edam.

223. Exiguo Vivitur

Vivitur exiguo melius; natura beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.

224. Utere Ne Videaris Abuti

Utere quaesitis, sed ne videaris abuti;
Qui sua consumunt, cum deest, aliena sequuntur.

225. Utere Parce

Ne tibi quid desit, quod quaesisti, utere parce,
Utque quod est serves, semper tibi deesse putato.

217. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
postulo, postulare: demand, require

218. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 4.84.
nummus (nummi, *m.*): coin, cash, money

219. *The Distichs of Cato* (4th century), 3.11.
census (census, *m.*): registration, property, wealth

220. Marcus Antonius Muretus (1526-1585), *Juvenilia.*
requiro, requirere: seek again, search for, demand

221. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 458.
abundus, -a, -um: copious, abundant; *adv.* abunde

222. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
edo, esse: eat

223. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
exiguus, -a, -um: small, paltry, scanty

224. *The Distichs of Cato* (4th century), 3.21.
abutor, abuti: use up, consume, misuse

225. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.24.
parcus, -a, -um: sparing, frugal; *adv.* parce

226. Nil Ultra Vires

In medio consiste; tuis par viribus esto,
   Ne nimio serpas pondere victus humi.

227. Nec Summus, Nec Ultimus, Sed Medius

Summus ut esse nego, sic ultimus esse recuso;
   Sim medius: mediis gratia maior erit.

228. In Simulate Loquentem

Tu quod es, esse negas; quod non es, id esse laboras:
   Sic tibi, sic aliis esse videre nihil.

229. Fide Parum, Multum Vide

Fide parum, multumque vide; nam fidere multum,
   Et vidisse parum, maxima damna parit.

230. Non Cito Credendum

Nusquam tuta fides; non omnibus omnia credas:
   Falletur subito qui cito crediderit.

231. Non Crede Cito

Decipitur subito, subito qui credit; ut ergo
   Non cito fallaris, non quoque crede cito.

232. In Mendacem

Non opus est quaeras quare tibi credere nolim;
   Credere vix ipsi tu potes ipse tibi.

233. Fides Rara

Spem tibi polliciti certam promittere noli;
Rara fides ideo est, quia multi multa loquuntur.

234. Ne Sis Ventosus

Quod dare non possis, verbis promittere noli;
Ne sis ventosus, dum vir bonus esse videris.

226. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 4.37.
serpo, serpere: creep, crawl

227. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
recuso, recusare: reject, refuse

228. Melchior Sylvester Eckhard (1600-1650), *Epigrammata.*
simulatus, -a, -um: imitation, affected; *adv.* simulate

229. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
fido, fidere: trust in, be confident in

230. Johann Glandorp (1501-1564), *Disticha,* 10.
nusquam: nowhere, never

231. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*
decipio, decipere: trick, trap, deceive

232. John Dunbar (c.1585-1626), *Epigrammata,* C2.43.
mendax (mendacis): lying; liar

233. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.13.
pollicitum (polliciti, *n.*): promise

234. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.25.
ventosus, -a, -um: windy, inconstant, conceited

235. Promissum Servatum

Quod promisisti, non das mihi, sed tibi servas;
Promissum servas sic, Cabiane, tuum.

236. Ditat Servata Fides

Ut praestes videas, si quid promittis amico,
Nam servata fides ditat et auget opes.

237. Spes Proxima

Obiiciat nobis quicquid Fortuna malorum,
Iuncta animo vitae spes bona semper adest.

238. Spes Una

Rebus in adversis animum submittere noli;
Spem retine: spes una hominem nec morte relinquit.

239. Melius Spera

Tranquillis rebus semper diversa timeto;
Rursus in adversis melius sperare memento.

240. Durabo

Durabo, et quondam res exspectabo secundas;
Quamvis nunc male sit, non male semper erit.

241. Laetamur Graviora Passi

Laetamur passi graviora pericula, nam spes
Gaudia promittit post grave semper onus.

242. Spes Me Erigit

Tu, Spes, tu vitae flentem commissa prioris
Erigis et caeli me super alta vehis.

243. Ius Poli

Quod tibi vis fieri, mihi fac; quod non tibi, noli:
Sic potes in terris vivere iure poli.

235. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
Cabianus (Cabiani, *m.*): Cabianus

236. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Emblemata,* 32.
dito, ditare: make rich, enrich

237. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 5.91.
obiicio, obiicere: throw before, present

238. *The Distichs of Cato* (4th century), 2.25.
submitto, submittere: place under, send below, lower

239. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.26.
tranquillus, -a, -um: calm, quiet

240. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Nucleus,* 26.
duro, durare: be hard, last, endure

241. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 4.11.
laetor, laetari: be glad, rejoice

242. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*
erigo, erigere: raise up, elevate

243. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).
polus (poli, *m.*): pole, sky, heaven

244. Quod Tibi, Hoc Aliis

Quod tibi non faceres, aliis fecisse caveto;
   Vulnera nec facias quae nequis ipse pati.

245. Damnum Alterius

Alterius damno nemo ditescere debet;
   Non aliis facito quod fieri ipse vetas.

246. Scientia et Caritas

Sunt duo noscendi, duo sunt mihi semper amandi:
   Numen et ipsus ego, numen et alter ago.

247. Maximae Opes Prodesse

Si prosis multis, multum tibi proderis ipsi;
   Hac una firmae lege parantur opes.

248. Ad Torquatulum

Non vivit sibi, qui soli, Torquatule, vivit;
   Si vere tibi vis vivere, vive aliis.

249. Compatiens

Si videas aliquem casurum sive cadentem,
Non ride, at potius gere te sibi compatientem.

250. Vicini Tecta

Qui videt ardere vicini tecta, timere
Debet de propriis; nequeunt sua tuta manere.

251. Fratres Concordes

O quantum est animis concordes vivere fratres!
   Quod vult unus, mox ut velit, alter idem.

252. Omnes Sunt Felices, Ubi Omnes Amici

Quam felix et quanta foret res publica, cives,
   Si cunctos unus conciliasset amor?

244. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*
nequeo, nequire: be unable, cannot

245. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*
ditesco, ditescere: grow rich, become wealthy

246. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 10.18.
caritas (caritatis, *f.*): love, charity

247. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 2.49.
firmus, -a, -um: steady, solid, strong, firm

248. Stephanus Paschasius (1528-1615), in Nihus (1642).
Torquatulus (Torquatuli, *m.*): Torquatulus

249. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).
compatior, compati: suffer together, feel compassion

250. *Proverbia Rusticorum Versificata* (ed. Zacher), 109.
nequeo, nequire: be unable, cannot

251. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*
concors (concordis): of the same mind, in agreement

252. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*
concilio, conciliare, conciliavi: unite, bring together

253. Veri Amoris Nullus Est Finis

Numquam vera fuit caritas, quae desinit esse,
   Nam nullus veri finis amoris erit.

254. Amicus Pauper

Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus,
Accipito laetus, plene et laudare memento.

255. Bis Dat, Qui Cito Dat

Quod peto, ne differ; si differs, gratia facti
   Tota perit: bis dat, qui cito vota facit.

256. Qui Cito Dat, Bis Dat

Quae dare vis, cito da: cito gratia facta placebit;
   Ingratum reddit gratia tarda datum.

257. Munera Grata

Gratia debetur pro munere, si cito detur,
Sed si tardetur, non gratum munus habetur.

258. Sponte Fac

Sponte, tuo gratum si quid fore credis amico,
   Effice; si poscit, gratia multa perit.

259. Sine Querela

Sic vive, ut nemo de te vivente queratur;
   Sic nullum, de quo iure queraris, habe.

260. Exempla Optima

Optima quaeque tibi propone exempla virorum;
   Succendet pectus sic tibi laudis amor.

261. Gloria et Invidia

Virtutem genii duo semper in orbe sequuntur;
   Hic bonus, ille malus: gloria et invidia.

253. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*
caritas (caritatis, *f.*): love, charity

254. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.20.
exiguus, -a, -um: small, paltry, scanty

255. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.43.
bis: twice

256. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus.*
bis: twice

257. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
tardo, tardare: hinder, delay, slow down

258. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 143.
sponte: freely, voluntarily

259. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 2.55.
querela (querelae, *f.*): complaint, grievance

260. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*
succendo, succendere: set on fire, kindle

261. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 4.190.
genius (genii, *m.*): tutelar deity, spirit

262. Si Quis Loquatur

Ne cures, si quis tacito sermone loquatur;
Conscius ipse sibi de se putat omnia dici.

263. Mala, Sed Non Vera

Si mala quis de te loquitur, ne mutua redde;
Quae loquitur, ne sint vera, videre tuum est.

264. Verba Malorum

Cum recte vivas, ne cures verba malorum;
Arbitrii non est nostri quid quisque loquatur.

265. Laudans Omnes

Ne laudet dignos, laudat Callistratus omnes;
Cui malus est nemo, quis bonus esse potest?

266. Populo Servire Difficile

Qui populo servit, placet ille haud omnibus aeque,
Multorum capitum bestia quod populus.

267. Pulchra Vestis

Si modo me spernis, mutata veste redibo;
Quod mihi non dederis, vestibus ipse dabis.

268. Fama Perennis

Transit honos, transit fortuna, pecunia transit
Omnis, sed tantum fama perennis erit.

269. Novitas

Quae nova sunt, non semper erunt nova; nulla placebunt
Ergo diu, sola quae novitate placent.

270. Sermo Mollis Frangit Iram

Saepe gravem sermo confringit mollior iram;
Fit maior duro, quam fuit ante, furor.

262. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.17.
conscius, -a, -um: knowing, conscious, guilty

263. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 66.
mutuus, -a, -um: reciprocal, mutual, in kind

264. *The Distichs of Cato* (4th century), 3.2.
arbitrium (arbitrii, *n.*): judgment, decision, will

265. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 12.80.
Callistratus (Callistrati, *m.*): Callistratus

266. Jean Girard (1518-1586), *Stichostratia*, 1.68.
bestia (bestiae, *f.*): wild animal, beast

267. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*
sperno, spernere: scorn, reject, despise

268. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
perennis, -e (perennis): lasting through the years

269. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).
novitas (novitatis, *f.*): newness, novelty

270. Johann Glandorp (1501-1564), *Disticha,* 245.
confringo, confringere: break in pieces, shatter

271. Noli Canem Irritare

Irritare canem noli dormire volentem,
Nec moveas iram post tempora longa latentem.

272. Ne Ferrum Igni

Adspicis iratum? Irato noli addere ferrum;
Armatus satis est, si caret arte, furor.

273. Ira Propter Vitium Virtus

Irasci propter vitium pulcherrima virtus;
Proper virtutem res vitiosa nimis.

274. Ut Faustus Sis

Fac et fer: bona fac, mala fer; fac fortia, dura
Fer; fac maxima, fer plurima: faustus eris.

275. Disce Pati

Nobile vincendi genus est patientia: vincit
Qui patitur; si vis vincere, disce pati.

276. Patientia Vincimus

Adversam vincit fortis patientia sortem;
Vincere, qui premitur, dura ferendo potest.

277. Furor Fit Laesa Saepius Patientia

Saepe furor fit laesa nimis patientia; noli
Qui te non laedunt laedere saepe bonos.

278. Dimidium Facti

Incipe: dimidium facti est coepisse; supersit
Dimidium: rursum hoc incipe, et efficies.

279. Initium Est Necessarium

Omnia principiis constant; coepisse necesse est:
Quidquid ages, coeptas res iuvat ipse deus.

271. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 571.
irrito, irritare: provoke, annoy, irritate

272. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago,* 2.31.
armatus, -a, -um: armed, equipped

273. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
vitiosus, -a, -um: faulty, full of vice, vicious

274. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
faustus, -a, -um: lucky, fortunate, prosperous

275. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).
patientia (patientiae*, f.*): endurance, patience

276. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*
patientia (patientiae*, f.*): endurance, patience

277. Gabriel Rollenhagen (1583-1619)*, Emblemata,* 94.
patientia (patientiae*, f.*): endurance, patience

278. Ausonius (c.310-c.394), in Nihus (1642).
dimidius, -a, -um: half

279. Johann Glandorp (1501-1564)*, Disticha,* 191.
necessarius, -a, -um: essential, necessary

280. Maior Post Otia Virtus

Materiam rebus sapiens intra otia quaerit,
Cum stultus, perdens rem, simul ipse perit.

281. Ludus et Labor

Ille iuvet ludus, qui proximus ipse labori est;
Qui labor est ludo proximus, ille iuvat.

282. Lucem Diei in Lecto Videns

Qui cupit in lecto lucem videre diei,
Divitiae atque honor hic raro dabuntur ei.

283. Quid Saxo Magis Durum?

Quid magis est durum saxo, quid mollius unda?
Dura tamen molli saxa cavantur aqua.

284. Adito Laborem, Vitam Age

Tamquam perpetuo victurus adito laborem,
Et vitam, veluti cras moriturus, age.

285. Quae Corpora Consumunt

Triste cor, ira frequens, mens raro gaudia tractans:
Haec tria consumunt corpora fine brevi.

286. Mens Laeta, Cura Vacans

Aegrescit corpus, si sit mens aegra; fac ergo
Cura omni semper mens tibi laeta vacet.

287. Sine Cura

Quod curas, cura sine cura: gratia namque,
Te quaerente, fugit; te fugiente, venit.

288. Nunc Dormire, Nunc Vigilare

Est tempus fandi, standi est, et tempus eundi;
Nunc dormire licet, nunc vigilare bonum.

280. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 4.43.
stultus, -a, -um: foolish, silly; fool

281. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 215.
ludus (ludi*, m.*): game, play, pastime

282. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).
lectus (lecti*, m.*): bed

283. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).
cavo, cavare: hollow out, carve

284. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
cras: tomorrow

285. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 212.
tracto, tractare: handle, practice, manage

286. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*
aegresco, aegrescere: become ill, grow sick

287. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 5.7.
namque: for indeed, truly

288. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
vigilo, vigilare: be awake, be on guard

289. Sedes Commoda

Si qua sede sedes, et sit tibi commoda sedes,
Illa sede sede, nec ab illa sede recede.

290. Animi Quies

Sola quies animi nos omni ex parte beatos
Efficit; hanc verum dixeris esse bonum.

291. Vesperis Vota

Vespere, cum somnum repetis, fac vota precesque,
Felici ut cursu tempora noctis eant.

292. Quam Bona Pax

Pacem ne vites; per pacem te quoque dites:
O quam difficiles sunt sine pace dies!

293. Ratio Regina, Natura Mater

Rerum regina est ratio, naturaque mater,
Nam natura parit res, ratioque regit.

294. Oculus Vitae Sapientia

Est oculus nostrae felix sapientia vitae,
Qua sine vita hominum nubila, caeca, levis.

295. Numina Vana

Non sunt audentes animas superosque timentes;
Ardua nulla geris, si numina vana vereris.

296. Quod Videri Vis, Esto

Vis pius et sapiens et doctus, amice, videri?
Hoc age quod dici quaeris, ut esse queas.

297. Sapiens Desipiens

Desipit ipse loco sapiens et tempore; verum
Rarus ut ille locus, sic breve tempus erit.

289. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1263.
commodus, -a, -um: suitable, proper, convenient

290. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha*.
quies (quietis, *f.*): calm, rest, quiet

291. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha*.
vesper (vesperis, *m.*): evening

292. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 841.
dito, ditare: make rich, enrich

293. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).
regina (reginae, *f.*): queen

294. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 1.13.
nubilus, -a, -um: cloudy, overcast

295. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 266.
arduus, -a, -um: steep, lofty, difficult

296. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 2.37.
queo, quire: be able, can

297. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 213.
desipio, desipere: be foolish, play the fool

298. Sapientia Mentis

Non cures, iuvenis, multum qua veste tegaris;
In vestimentis non est sapientia mentis.

299. Scientia

Iudice me, soli semperque perinde beati
Sunt quicumque sciunt omnia, quique nihil.

300. Viribus Iungenda Sapientia

Viribus est iungenda modis sapientia cunctis;
Uti qui nescit robore, saepe cadit.

301. Quae Nocent, Docent

Passi damna viri sapiunt; sapientia damno
Crescit et augetur: quae nocuere, docent.

302. Quod Non Sumus Mancipia Corporis

Cum sit missa tibi mens alto libera caelo,
Num vis mancipium corporis esse tui?

303. Natura, Ratio, Deusque

Non quid agunt alii, naturae at respice quid lex,
Quid ratio suadet recta, deusque iubet.

304. Victoria Animi

Quod si magnificae deerunt tibi munera famae,
Vincere disce animum; tu quoque magnus eris.

305. Animi Fluctus

Ardua res vicisse alios; victoria maior
Est animi fluctus composuisse suos.

306. Vera Fortitudo

Fortior est qui se, quam qui fortissima vincit
Moenia: sic victor nam minor orbis erit.

298. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).
vestimentum (vestimenti*, n.*): clothes, robe

299. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.134.
perinde: equally, in the same manner

300. Gabriel Rollenhagen (1583-1619)*, Nucleus,* 91.
robur (roboris*, n.*): oak, tough core, strength

301. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*
sapio, sapere: savor, be wise, understand

302. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*
mancipium (mancipii*, n.*): property, possession, slave

303. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*
suadeo, suadere: urge, recommend, suggest

304. Benedictus Iovius (1471-1545)*, Epigrammata.*
magnificus, -a, -um: great, noble, splendid

305. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*
arduus, -a, -um: steep, lofty, difficult

306. A.F. Van Vlaenderen*, Epigrammata* (1666), 217.
fortitudo (fortitudinis*, f.*): strength, courage, valor

307. Orbis Minor

Quid iuvat immensi naturam noscere mundi,
Si lateant partes quas minor orbis habet?

308. Currus Mentis

Ira, cupido, metus, mentis quoque gaudia currus:
Esto auriga bonus; rex eris ista regens.

309. Possum, Volo, Nolo

Quod volo, non possum; quod possum, nolo vicissim:
Tota hominis vita est nil nisi nolo, volo.

310. Scientia Quae Optima

Magna sciunt homines, horumque scientia multa,
Nulla sed est melior cognitione sui.

311. Nosce Teipsum

Qualis sit talem se nemo intellegit, atqui
Se meminit puerum vir, iuvenemque senex.

312. Suum Cuique Pulchrum

Cuique suum pulchrum est; vitiis aliena redundant:
Plus quam iudicium, sic valet omnis amor.

313. Castigare Paratus

Castigans alium, te castiga prius ipsum,
Ut castigatus sis castigare paratus.

314. Memorandum

Non memorare decet, si quid bene feceris ulli;
Si male passus eris, nec meminisse decet.

315. Mores Quisque Sibi Format

Quisque suos sequitur mores, quos format agendo
Quisque sibi: tu nunc te facis id quod eris.

307. A.F. Van Vlaenderen*, Epigrammata* (1666), 158.
immensus, -a, -um: immeasurable, limitless, vast

308. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus*.
auriga (aurigae*, m.*): charioteer, driver

309. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 5.34.
vicissim: in turn

310. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus*.
cognitio (cognitionis*, f.*): knowledge, recognition

311. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.154.
atqui: but yet, nevertheless

312. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.16.
redundo, redundare: overflow

313. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 310.
castigo, castigare, castigavi, castigatus: reprimand

314. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 160.
memoro, memorare: bring to mind, mention

315. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 291.
formo, formare: shape, fashion, form

316. Scire Aliquid Pulchrum

Scire aliquid, pulchrum; nil discere velle, pudendum:
   Fac igitur discas nocte dieque, puer.

317. Discere Nolle

Non pudeat, quae nescieris, te velle doceri:
Scire aliquid laus est; culpa est nil discere velle.

318. Flos et Fructus

Ingenium, nisi sit studium, flos est sine fructu;
   Haec duo iuncta simul fructificare solent.

319. Doctrina Tantum Valet

Si puer hoc sciret quantum doctrina valeret,
Raro dormiret, sed nocte dieque studeret.

320. Tempora Praetereunt

Disce, puer, dum tempus habes, ne tempora perdas;
   Tempora praetereunt more fluentis aquae.

321. Disce et Vitam Age

Disce velut nullo umquam sis moriturus in aevo;
   Vitam, ceu semper sis moriturus, age.

322. Ars Una

E multis unam didicit qui sedulus artem,
   Non timet ille hiemem, non timet ille famem.

323. Cetera Mortis Erunt; Vivitur Ingenio

Disce bonas artes et opes contemne caducas:
   Vivitur ingenio; cetera mortis erunt.

324. Ars Remanet

Disce aliquid, nam, cum subito Fortuna recessit,
Ars remanet vitamque hominis non deserit umquam.

316. Johann Glandorp (1501-1564), *Disticha,* 76.
pudeo, pudere: shame, be ashamed

317. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.29.
pudeo, pudere: shame, be ashamed

318. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 230.
fructifico, fructificare: be fruitful, bear fruit

319. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).
doctrina (doctrinae, *f.*): education, learning, instruction

320. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 43.
praetereo, praeterire: pass, go by

321. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*
ceu: as, like, just as

322. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*
sedulus, -a, -um: diligent, careful, eager

323. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Nucleus,* 1.
caducus, -a, -um: unsteady, tottering, ready to fall

324. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.19.
remaneo, remanere: continue, remain, stay behind

325. Ne Sitis Multi Magistri

Discipulus dum vult nemo, quisquis esse magister,
Omnes discipuli, nemo magister erit.

326. Doce ut Discas

Discere si quaeris, doceas; sic ipse doceris,
Et studio tali tibi proderis atque sodali.

327. Quod Scimus, Docere Debemus

Edoceas quod scis, fit enim sapientia dando
Maior; at est, contra, facta retenta minor.

328. Facta et Facienda

Quae facienda doces, tu factis primus adimple;
Qui bene non regitur, non reget ille bene.

329. A Maioribus Discimus

A senibus pueri parvi quam plurima discunt!
A bove maiori discit arare minor.

330. Ut Multa Discas, Multa Roga

Illos vise frequens, qui possunt multa docere,
Multaque cum possis discere, multa roga.

331. Quomodo Discipulus Magistrum Superat?

Multa rogare, rogata tenere, retenta docere:
Haec tria discipulum faciunt superare magistrum.

332. Miranda, Non Credenda

Multa legas facito; tum lectis neglege multa,
Nam miranda canunt, sed non credenda poetae.

333. Facienda et Fugienda

Quid prodest noctesque diesque revolvere libros,
Si facienda fugis, si fugienda facis?

325. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 6.71.
discipulus (discipuli*, m.*): learner, student

326. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 256.
sodalis (sodalis): companion, comrade

327. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*
edoceo, edocere: teach thoroughly, instruct

328. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus*.
adimpleo, adimplere: fill up with, fulfill

329. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.
aro, arare: plow, till

330. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 202.
viso, visere: look at, go to see, visit

331. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 643.
discipulus (discipuli*, m.*): learner, student

332. *The Distichs of Cato* (4th century), 3.18.
neglego, neglegere: disregard, ignore, neglect

333. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
revolvo, revolvere: revolve, turn, consider

334. Ratione Omnia Vinces

Omnia quo vincas, rationi subiice mentem;
Quam multos, si te rexerit una, reges!

335. Vitae Sanctorum

Sanctorum vitas legere et non vivere frustra est;
Sanctorum vitas degite, non legite.

336. Vita Placida

Si currat placidos tibi vis ut vita per annos,
Audi, multa vide, multa loquare cave.

337. Sapientia et Stultitia

Vis tua laudetur sapientia? Saepe tacebis!
Stultitia ut lateat vis tua? Saepe tace!

338. In Stupidum

Doctus eris numquam, poteris sed doctus haberi.
Vis dicam, fiet qua ratione? Tace!

339. Taciturnus

Gratus eris cunctis, multosque parabis amicos
Ac vives tutus, si taciturnus eris.

340. Carus, Non Stultus

Fac bene dicque parum, si te vis reddere carum;
Fac male, dic multum, si vis te reddere stultum.

341. Hora et Mora

Dum sapiens loquitur, exspectat tempus et horam;
Dum stultus loquitur, nescit habere moram.

342. Loqui Scire et Tacere

Scire loqui decus est, sed plus est scire tacere;
Haec duo si poteris scire, peritus eris.

334. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus.*
subiicio, subiicere: throw under, make subject to

335. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.80.
dego, degere: spend, pass, live

336. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1258.
placidus, -a, -um: quiet, calm, gentle

337. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*
stultitia (stultitiae*, f.*): foolishness, folly, stupidity

338. Bernardus Bauhusius (1575-1619), in Nihus (1642).
stupidus, -a, -um: senseless, foolish, stupid

339. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).
taciturnus, -a, -um: not talkative, silent

340. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
stultus, -a, -um: foolish, silly; fool

341. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 77.
stultus, -a, -um: foolish, silly; fool

342. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*
peritus, -a, -um: skilled, experienced, expert

343. Linguam Guberna

Dum loqueris, servato modum linguamque guberna;
Felix qui novit multa tacere loco.

344. Meditata Prius

Si vis ut multis placeant tua verba loquentis,
Ne loquitor quae non sunt meditata prius.

345. In Vitium Per Verba

Sermo brevis tibi sit, quoniam qui multa loquuntur
Saepius in vitium per sua verba ruunt.

346. Ratione Tacere

Virtutem primam esse puto compescere linguam;
Proximus ille deo est qui scit ratione tacere.

347. Secreta Tacere, Fidem Retinere

Nil homini credas qui nec secreta tacere
Ore potest, animo nec retinere fidem.

348. Paries Aures Fert

Aures fert paries, oculos nemus; ergo cavere
Debet qui loquitur, ne possint verba nocere.

349. Loqui Decus, Tacere Quoque

Responsum sapiens sermones non dat ad omnes;
Scire loqui decus est, scire tacere decus.

350. Medium Tenendum

Nec nimium taceas, nec verba superflua fundas,
Sed medium teneas quo bene semper eas.

351. Turpia Dicta, Turpia Facta

Turpibus assuesces factis per turpia dicta:
Turpia facta fugis; turpia dicta fuge.

343. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*
guberno, gubernare: pilot, direct, control

344. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
meditatus, -a, -um: considered, pondered

345. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*
ruo, ruere: rush, fall, go to ruin

346. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.3.
compesco, compescere: restrain, hold back

347. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 2.81.
secretus, -a, -um: hidden away, private, secret

348. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 81.
paries (parietis, *m.*): wall

349. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*
responsum (responsi, *n.*): answer, reply

350. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 662.
superfluus, -a, -um: superfluous, unnecessary

351. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 89.
assuesco, assuescere: become accustomed to

352. Quis Sit Dives

Non est, crede mihi, multos qui possidet agros
Dives, sed dives cui satis unus ager.

353. Gaude Potius

Ereptis opibus, noli maerere dolendo,
Sed gaude potius, tibi si contingat habere.

354. Quod Superest

Est iactura gravis quaesitum amittere damno,
Sed tibi cum valeat corpus, superesse putato.

355. Qui Dat Inopi Sua

Qui bene divitias inopi donabit amico,
Hic omni felix tempore dives erit.

356. Verbis Iuva

Dextera pauperibus tua sit propensa iuvandis;
Verbis, argento deficiente, iuva.

357. Divitis Mors Atque Pauperis

Cum moritur dives, concurrunt undique cives;
Cum moritur pauper, sequitur vix unus et alter.

358. Alterius Anima

Pauper hic et servus nullosque homo natus ad usus
Qualem, dic, animam possidet? Alterius.

359. Pauper Semper

Semper pauper eris, si pauper es, Aemiliane;
Dantur opes nullis nunc, nisi divitibus.

360. Dives et Pauper

Tempus adhuc veniet quo dives, qui modo gaudet,
Assidue flebit, dum pauper grata videbit.

352. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*
possideo, possidere: seize, occupy, possess

353. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.35.
maereo, maerere: grieve, be sad, bewail

354. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.36.
iactura (iacturae*, f.*): loss, damage, expense

355. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*
inops (inopis): needy, lacking, destitute

356. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
propensus, -a, -um: ready, eager, willing

357. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 189.
concurro, concurrere: assemble, run together

358. Hugo Grotius (1583-1645), *Anthologia Graeca*, vol. I.
possideo, possidere: seize, occupy, possess

359. Martial (40 - c.104)*, Epigrammata,* 5.81.
Aemilianus (Aemiliani*, m.*): Aemilianus

360. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1358.
assiduus, -a, -um: constant, incessant; *adv.* assidue

361. Bono Nihil a Divite Timendum

Auro te dives superet, tu pectore forti
Vince illum; probitas fortior aere tua est.

362. Pauper Parva Donat

Hic dare magna potest, magna qui gaudet opum vi;
Nos inopes rerum munera parva damus.

363. De Vitiis et Divitiis

Nemo hominum vivit sine crimine, sive crumena;
Crimine rara suo plena crumena caret.

364. Divitiae Sunt Causae Periculorum

Cum sint divitiae manifesta pericula vitae,
Cur voto a cunctis sic cupiuntur opes?

365. Sine Debitis

Praestat habere parum nec quid debere cuiquam
Quam multa et multis aere subesse viris.

366. Ad Creditorem

Est tibi, qui debet, servus; qui solvit, amicus;
Debita qui non vult solvere quid? Dominus.

367. Ne Bos in Lingua

Munere corrumpi taceas ut vera caveto,
Gestare in lingua ne videare bovem.

368. Muneribus Vel Dii Capiuntur

Verba nihil faciunt; maiorum quaere favorem
Munere: diis etiam munera missa placent.

369. Ad Amicum Avarum

Solus habet quod avarus habet: nil donat amico,
Nil sibi dat; solus non habet hoc, quod habet.

361. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 5.86.
probitas (probitatis, *f.*): goodness, honesty, worth

362. Johann Glandorp (1501-1564), *Disticha,* 259.
inops (inopis): needy, lacking, destitute

363. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 9.52.
crumena (crumenae, *f.*): purse, money-bag

364. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*
manifestus, -a, -um: in plain view, evident

365. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 939.
subsum, subesse: be under, be underneath

366. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 10.46.
creditor (creditoris, *m.*): lender, moneylender

367. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 2.57.
gesto, gestare: carry, bear, wear

368. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.22.
favor (favoris, *m.*): goodwill, favor

369. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 4.205.
avarus, -a, -um: greedy, stingy; miser

370. Dominus Avarus

Non ego sum dominus, domini quia nomine dignus,
Sed dicor dominus, do quia dona minus.

371. Omnibus Utilis

Qui, quod habet, nec amat nimium, nec prodigit aurum,
Utilis ille aliis, utilis ille sibi.

372. Ad Marcum

Saepe tibi dederam; nil umquam, Marce, dedisti
Tu mihi: si semper sic facis, ergo vale.

373. Praestat Dare Quam Accipere

Accipere humanum est, inopi donare deorum;
Numquam tam paucos credo fuisse deos.

374. Cum Contentus, Tunc Dives

Semper egenus eris, si semper plus tibi quaeris;
Cum contentus eris, tunc dives efficieris.

375. Omnia Quarens

Amittit totum qui mittit ad omnia votum;
Omnia qui quaerit, omnibus orbus erit.

376. Ad Avarum

Laudari tantum vis quando est mortuus, inquis;
Quam cupio laudes dicere, avare, tuas!

377. Arte et Marte

Sunt duo qui faciunt ut rex in honore sit: Ars, Mars;
Gloria ab Arte venit, gloria Marte venit.

378. Caesari

Gloria vincendi iuncta est cum milite, Caesar;
Caesar, parcendi gloria sola tua est.

370. John Dunbar (c.1585-1626), *Epigrammata,* C3.68.
avarus, -a, -um: greedy, stingy; miser

371. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*
prodigo, prodigere: squander, lavish, waste

372. John Dunbar (c.1585-1626), *Epigrammata,* C1.72.
Marcus (Marci*, m.*): Marcus, Mark

373. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 4.67.
inops (inopis): needy, lacking, destitute

374. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).
egenus, -a, -um: destitute, impoverished, in want

375. *Proverbia Rusticorum Versificata* (ed. Zacher), 69.
orbus, -a, -um: bereft, deprived

376. John Dunbar (c.1585-1626), *Epigrammata,* C5.96.
avarus, -a, -um: greedy, stingy; miser

377. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Nucleus,* 68.
Mars (Martis*, m.*): Mars, god of war, war

378. Antonius Tebaldeus (1463-1537), in Nihus (1642).
Caesar (Caesaris*, m.*): Caesar, emperor

379. Quales Principes, Tales Populi

Si studia et mores populi cognoscere curas,
   Res facilis: vitam principis inspicias.

380. Pericula Magna

Qui nimis alta petit nec magna pericula credit,
In magis ima cadit seque in discrimina tradit.

381. Omnia Mea Mecum Porto

Porto domumque meam mecum meaque omnia, multis
   Regibus hoc ipso ditior et potior.

382. Domus Propria

Felix qui propriis aevum transegit in arvis,
   Ipsa domus puerum quem videt atque senem.

383. Vita Felix

Si vitam exoptas felici ducere cursu,
   Magna tibi in primis cura sit ut lateas.

384. Res Dulcissimae

Dulce merum, dulcis coniunx, mens optima dulcis:
Dulcius his iunctis in rebus nil puto cunctis.

385. Ad Parentes

Sum tua, care pater, tua sum caro, mater: in una
   Carne mea, duo vos estis et una caro.

386. Qualis Pater, Talis Filius

Est herus ut servus; sequitur quoque filia matrem;
   Ut pater est, talis filius esse solet.

387. Parentibus Pares

Dedecus est natis caros habuisse parentes,
   Ni studeant illis moribus esse pares.

379. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*
inspicio, inspicere: examine, inspect, look at

380. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1038.
discrimen (discriminis, *n.*): division, crisis, danger

381. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Nucleus,* 74.
dis (ditis): rich, wealthy, sumptuous

382. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
transigo, transigere, transegi: bring to an end, conclude

383. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*
exopto, exoptare: desire greatly, long for

384. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 270.
merum (meri, *n.*): wine

385. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.163.
caro (carnis, *f.*): flesh

386. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*
herus (heri, *m.*): master, owner

387. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
dedecus (dedecoris, *n.*): disgrace, dishonor

388. Rustici Sunt

Rusticus est vere, dicens mala de muliere,
Nam scimus vere: sumus omnes de muliere.

389. Dominus Ridens

Ridenti domino nec caelo crede sereno;
Ex facili causa dominus mutatur et aura.

390. Hora Mortis Incerta

Omnibus incertis nihil est incertius hora
   Mortis; morte nihil certius esse potest.

391. Via Mortis et Hora

Mors te certa manet, sed qua ventura sit hora,
   Incertum, vel qua sit tibi eunda via.

392. Lex Omnibus Una

Vivis et ut vivas longum precor, attamen ibis
   Quo reliqui; lex est omnibus una: mori.

393. Mortis Lex

Mors servat legem: tollit cum paupere regem;
   Saepe ferox iuvenem mors rapit ante senem.

394. Mors Nulli Parcit

Mors fera, mors nequam, mors nulli parcit et aequam
Dat cunctis legem, miscens cum paupere regem.

395. Pares in Hora Ultima

Noctes atque dies metam properamus ad unam;
   Ultima nos omnes efficit hora pares.

396. Flores Pereuntes

Esse, fuisse, fore tria florida sunt sine flore,
   Nam simul omne perit quod fuit, est, et erit.

388. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1153.
rusticus, -a, -um: of the country, rural, uncouth

389. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1146.
serenus, -a, -um: clear, bright, cheerful

390. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 253.
incertus, -a, -um: uncertain, unsure

391. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
incertus, -a, -um: uncertain, unsure

392. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 300.
attamen: and yet

393. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).
ferox (ferocis): wild, cruel, fierce

394. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 110.
nequam: worthless, good for nothing

395. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
meta (metae, *f.*): cone, goal

396. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
floridus, -a, -um: blooming, flowery, beautiful

397. Res Praetereuntes

Omnia mortali mortalia: praetereunt res,
Aut homo res, vita praetereunte, fugit.

398. Homo

Plorabas cum natus eras: fuit ergo voluptas
Nulla tibi nasci; cur dolet ergo mori?

399. Senecta

Donec abest, omnis populus petit ore senectam;
Praesentem merito nullus honore colit.

400. Spes Altera Vitae

Securus moritur, qui scit se morte renasci;
Non ea mors dici, sed nova vita potest.

401. Quales Mori Cupimus, Tales Vivamus

Talis in hac vita fieri contende, sub hora
Extrema qualem te reperire cupis.

402. Mors

Mors quid sit, rogitas? Si scirem, mortuus essem;
Ad me, cum fuero mortuus, ergo veni.

403. Aequanimitas

Seu mortis venit, seu nondum venerit hora,
Culpa est nolle mori, culpaque velle mori.

404. De Vita et Morte

Ad mortem sic vita fluit, velut ad mare flumen;
Vivere nam res est dulcis, amara mori.

405. Mortuum Flere Quid?

Functum flere quid est, hominem nisi flere fuisse?
Debemur morti condicione pari.

397. Hugo Grotius (1583-1645), *Anthologia Graeca*, vol. I.
praetereo, praeterire: pass, go by

398. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.192.
ploro, plorare: lament, weep, cry aloud

399. Johann Glandorp (1501-1564)*, Disticha,* 272.
senecta (senectae*, f.*): old age

400. Joachim Camerarius (1534-1598)*, Symbola,* 1.100.
renascor, renasci: be revived, be born again

401. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus*.
contendo, contendere: stretch, contend, strive

402. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 1.101.
rogito, rogitare: ask eagerly, inquire repeatedly

403. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.104.
aequanimitas (aequanimitatis*, f.*): calmness, equanimity

404. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 1.32.
amarus, -a, -um: bitter, pungent, harsh

405. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus*.
functus = defunctus, -a, -um: dead, deceased

406. Luciferi Regna

Si lacrimae vel opes animas revocare valerent,
Lucifer atque sui soli sua regna tenerent.

407. Quod Usque Manet

Omnia mors finit, sed non mors omnia tollit;
Quod bene, quod contra feceris, usque manet.

408. Fama

Quid superest morti? Gestorum gloria fatum
Nescit, et haec cineri postumat una suo.

409. Sic Transit Gloria Mundi

Cernite mortales: sic transit gloria mundi;
Noster honor cinis, et pulveris umbra sumus.

410. Iam Nihil Est

Iam nihil est totum quod viximus; omnia secum
Tempus praeteriens horaque summa trahit.

411. Aeternum Nihil Est

Aeternum nihil esse fugax monet annus et annum
Quae rapit orta dies, quae rapit hora diem.

412. Mors, Corporis Umbra

Tempora longa tibi noli promittere vitae;
Quocumque incedis, sequitur mors, corporis umbra.

413. In Aeternos Dies

Ista velut tacito cursu dilabitur umbra,
Transit in aeternos sic tua vita dies.

414. Quod Differtur Non Aufertur

Differt, non aufert, mortem longissima vita;
Quid differt igitur cras hodieve mori?

406. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 105.
Lucifer (Luciferi*, m.*): Lucifer, Satan

407. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 4.
finio, finire: limit, finish

408. Benedictus Iovius (1471-1545)*, Epigrammata.*
postumo, postumare: come later, come after, follow

409. Gabriel Rollenhagen (1583-1619)*, Nucleus,* 86.
pulvis (pulveris*, m.*): dust

410. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).
praetereo, praeterire: pass, go by

411. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
fugax (fugacis): swift, fleeting, transitory

412. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.37.
incedo, incedere: advance, walk

413. *The Book of Sun-Dials* (ed. Gatty).
dilabor, dilabi: fall apart, decay, melt away

414. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 9.29.
cras: tomorrow

415. Genus Lacrimabile

O homines, vanum genus et lacrimabile, discens
Vivere tum, vitae cum prope finis adest!

416. Hora Finalis

Hora horis cedit, pereunt sic tempora nobis;
Ut tibi finalis sit bona, vive bene.

417. Methusalem Mortuus Est

Non vixisse diu vita est, at vivere vita est;
Quid iuvat ergo diu vivere, deinde mori?

418. Sat Vixit Qui Bene

Quam bene, non quanto vivamus tempore refert;
Sat vixit, vitam qui sine labe tulit.

419. Tempus Abit, Mors Venit

Vivite: tempus abit, quo mors abeunte relictos
Occupat et captos vivere sero docet.

420. Mortis Incursus

Quo magis incursus mortis nescitur ab ullo,
Hoc homo plus timeat, se meliusque paret.

421. Spes Altera Vitae

Non metuo mortem; superest spes altera vitae:
Mors mihi perpetuae ianua pacis erit.

422. In Fine Vitae

Est mihi paene nihil, quod vitae in fine relinquam:
O bene! Sic veniet mors minus atra mihi.

423. Epitaphium Puellae

Tu pater, et mater, lacrimis retinete dolorem,
Nam fato raptam non potes eripere.

415. Raimondo Cunich (1784), *Anthologia Graecorum.*
lacrimabilis, -e (lacrimabilis): worthy of tears, lamentable

416. *The Book of Sun-Dials* (ed. Gatty).
finalis, -e (finalis): last, final

417. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.55.
Methusalem (*Hebrew name - m.*): Methuselah

418. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus.*
labes (labis, *f.*): spot, blemish, defect

419. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.72.
serus, -a, -um: late, slow; *adv.* sero

420. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus.*
incursus (incursus, *m.*): assault, attack, rushing into

421. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 4.25.
ianua (ianuae, *f.*): door, doorway

422. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*
ater, atra, atrum: dark, black, gloomy

423. *Carmina Latina Epigraphica* (ed. Buecheler), 1051.
epitaphium (epitaphii, *n.*): epitaph

424. Epitaphium: Precare Mihi

Tu quod es, hospes, eram; quod ego sum, tu quoque fies;
Quae tibi vis fieri iusta, precare mihi.

425. Epitaphium Hominis

Quis iacet hic? Nemo: vacuum sine nomine corpus
Hic iacet; ex solo corpore non fit homo.

426. Epitaphium: Vale

Olim non fuimus; nati sumus; unde quieti
Nunc sumus, ut fuimus: cura relicta, vale.

427. Epitaphium: Caelestia Quaerite

Vivite, qui legitis; caelestia quaerite: nostra haec
In cineres tandem gloria tota redit.

428. Hora Mortis Incerta

Mortis nemo suae novit tempusque modumque;
Cogitet hinc semper quisque salutis iter.

429. Vanitas Vanitatum

Omnia sub toto cum sint vanissima caelo,
In caelum e terris instituamus iter.

430. Elevor

Iam mihi, terra, vale; vos cuncta creata, valete!
Elevor; ad caelum me potiora vocant.

431. Malum Infinitum

Mille modis morimur mortales, nascimur uno;
Sunt hominum morbi mille, sed una salus.

432. Regnum Caelorum

Regnum caelorum, quo non patet amplius ullum,
Cur ad tam paucos pertinet? Arcta via est.

424. Anonymous, in Nihus (1642).
epitaphium (epitaphii*, n.*): epitaph

425. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 4.99.
epitaphium (epitaphii*, n.*): epitaph

426. *Carmina Latina Epigraphica* (ed. Buecheler), 1496.
epitaphium (epitaphii*, n.*): epitaph

427. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
epitaphium (epitaphii*, n.*): epitaph

428. Johann Glandorp (1501-1564)*, Disticha,* 232.
incertus, -a, -um: uncertain, unsure

429. Melchior Sylvester Eckhard (1600-1650)*, Epigrammata.*
vanitas (vanitatis*, f.*): emptiness, empty pride

430. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*
elevo, elevare: lift up, raise up

431. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.199.
infinitus, -a, -um: unlimited, endless, infinite

432. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.137.
arctus, -a, -um: close, tight, strict

433. In Luce Ambulare

Lux ego sum mundi; mea post vestigia curre:
  Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.

434. Deus Sine Mensura, Pondere, et Numero

Pondere, mensura, numero, deus omnia fecit,
  Mensura, numero, pondere cum careat.

435. In Atheos

Nulla domus domino caruit; vos hancinne tantam
  Nullius domini creditis esse domum?

436. Deus

Omnia cum videat, nulli deus ipse videtur;
  Solus ubique patet, solus ubique latet.

437. Quis Titulus Potior?

Mille effecta dei poscunt quoque nomina mille;
  E mille his titulis Optimus est potior.

438. Quare Dat Deus?

Dat deus ut detur; nil actio nostra meretur:
Si das, ipse dabit; si non das, ipse negabit.

439. Vae Soli

Principio caelum terramque hominemque creavit;
  Cur nisi quod solus noluit esse deus?

440. Deus Unicus

Condidit in terris hominem deus unicus unum;
  Factus homo multos fecit in orbe deos.

441. Non Ratio Humana, Sed Deus

Omnibus in factis peragendis atque peractis
Debet proponi deus humanae rationi.

433. Benedict van Haeften (1588-1648), in Nihus (1642).
ambulo, ambulare: walk

434. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus*.
mensura (mensurae*, f.*): measure, quantity, proportion

435. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 1.52.
atheus (athei*, m.*): atheist

436. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 9.3.
ubique: anywhere, everywhere, always

437. Melchior Sylvester Eckhard (1600-1650)*, Epigrammata.*
titulus (tituli*, m.*): title, label, claim to fame

438. *Proverbia Sententiaeque* (ed. Walther), 4976a.
actio (actionis*, f.*): doing, action, act

439. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 4.36.
vae: alas, woe

440. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 9.97.
unicus, -a, -um: one only, singular

441. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 813.
perago, peragere, peregi, peractus: accomplish

442. Omnia Patienter Ferenda

Quod tibi contigerit, patienter ferre memento,
   Cum certum est fieri numine cuncta dei.

443. Non Clamor, Sed Amor

Frustra lingua laborat, si cor non simul orat;
   Non clamor, sed amor cantat in aure dei.

444. In Loco Parentis

In primis venerare deum, venerare parentes,
Et quos ipsa loco tibi dat natura parentum.

445. Deo Duce

Duc me, nec sine me duci, Deus Optime, per me:
   Nam, duce me, pereo; te duce, fausta gero.

446. Ad Deum

Fac ut in immundo possim tibi vivere mundo,
   Ut nec amem mundum, me neque mundus amet.

447. Res Non Caducae, Sed Aeternae

Amplius in rebus noli sperare caducis,
Sed capiat tua mens aeternae gaudia lucis.

448. Deum Non Amat Qui Odit Proximum

Odit qui fratrem, propriis quem spectat ocellis,
   Ut poterit quem non cernit amare deum?

449. Primus Adam et Alter

Si non primus Adam peccasset in arbore quadam,
Non foret alter Adam natus de virgine quadam.

450. Beata Virgo Maria

Naturae contra leges, sanctissima virgo,
   Naturae patrem tu sine patre paris!

442. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*
patienter: patiently

443. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 185.
canto, cantare: sing

444. Marcus Antonius Muretus (1526-1585), *Juvenilia*.
veneror, venerari: honor, revere

445. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 268.
faustus, -a, -um: lucky, fortunate, prosperous

446. Melchior Sylvester Eckhard (1600-1650)*, Epigrammata.*
immundus, -a, -um: impure, dirty, foul

447. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 42.
caducus, -a, -um: unsteady, tottering, ready to fall

448. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus*.
ocellus (ocelli*, m.*): eye

449. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 108.
Adam (*Hebrew name - m.*): Adam

450. Melchior Sylvester Eckhard (1600-1650)*, Epigrammata.*
Maria (Mariae*, f.*): Maria, Mary

451. Umbrae Magnae

Non miror tenebras, Christo moriente, fuisse;
Semper magnae umbrae, sole cadente, cadunt.

452. Christus

Venit in hunc mundum, vidit mortalia, mortem
Vicit, et ad superos in sua regna redit.

453. Deus, Homo

Nec sentire deus, nec mortem homo vincere solus
Posset: utrumque facit Christus, utrumque fuit.

454. Mortis Mors

Mors mortis morti mortem nisi morte dedisset,
Caelorum nobis ianua clausa foret.

455. Cum Christo Manebo

Non mihi sit durum quod novi me moriturum;
Non mortem flebo quia tecum, Christe, manebo.

456. Quis Primo Abibit?

Quando placet Christo, de mundo tollimur isto;
Nemo potest scire quis primo debet abire.

457. Bacchus Fonti Impositus

Nondum natus eram, cum me prope perdidit ignis;
Ex illo fontes tempore Bacchus amo.

458. Amor Argum Fallit

Centum fronte oculos, centum post terga gerebat
Argus et hos omnes saepe fefellit amor.

459. Homerus

Si vera est de te quae fertur fabula, numquam
Vidisti lucem, sed tua scripta vident.

451. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
Christus (Christi*, m.*): Christ

452. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 9.49.
Christus (Christi*, m.*): Christ

453. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.41.
Christus (Christi*, m.*): Christ

454. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 635.
ianua (ianuae*, f.*): door, doorway

455. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).
Christus (Christi*, m.*): Christ

456. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 989.
Christus (Christi*, m.*): Christ

457. Marcus Antonius Muretus (1526-1585), *Juvenilia.*
Bacchus (Bacchi*, m.*): Bacchus, Dionysus, god of wine

458. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).
Argus (Argi*, m.*): Argus the hundred-eyed giant

459. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 4.225.
Homerus (Homeri*, m.*): Homer, epic poet

460. Socrates

Nil scis; unum hoc scis; aliquid scis, et nihil: ergo
Hoc aliquid nihil est; hoc nihil est aliquid.

461. Aenigma

Principium cunctis, cunctis do denique finem;
Ipse ego fine simul principioque carens.

462. Aenigma

Terra meum imperium per plurima saecla ferebat;
Si me convertis, fert iuga mundus adhuc.

463. A Vita, vel A Vitando

A vita vitem quidam deduxit, ut alter
Vitem a vitando; nec male uterque docet.

464. Monachorum Turba

Si monachi, cur tot? Si tot, cur nomine tali?
Solos se dici non bene turba volunt.

465. De Sacra Dote

Verba sacerdotem duo constituunt: sacer et dos;
Saepe sed occurrit vir sine dote sacer.

466. Carmina Ede

Cum tua non edas, carpis mea carmina, Laeli;
Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

467. In Momum

Omnia cum nostri mala sunt tibi carmina libri,
Hic etiam finis sit tibi, Mome, malus.

468. Liber Lectori

Sim brevis an longus, parvus magnusve, quid ad rem?
Omne malum nimium est, non nimium omne bonum.

460. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.191.
Socrates (Socratis, *m.*): Socrates, Greek philosopher

461. Nicolaus Reusnerus (1545-1602), *Aenigmata,* 1. [Deus]
aenigma (aenigmatis, *n.*): riddle, enigma

462. *Flores Aenigmatum Latinorum* (ed. Binder), 43. [Roma-Amor]
Roma (Romae, *f.*): Rome

463. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).
vitis (vitis, *f.*): vine, grapevine

464. Hugo Grotius (1583-1645), *Anthologia Graeca,* vol. I.
monachus (monachi, *m.*): monk

465. Thomas Campion (1567-1620), *Epigrammata,* 1.214.
dos (dotis, *f.*): dowry, endowment, talent

466. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 1.91.
Laelius (Laelii, *m.*): Laelius

467. John Dunbar (c.1585-1626), *Epigrammata,* C6.100.
Momus (Momi, *m.*): Momus, critic among the gods

468. John Stradling (1563-1637), *Epigrammata,* 2.113.
lector (lectoris, *m.*): reader

469. Qui Legis, Errata Corrige

Erratum est paucis; haec corrige pauca: legenti,
Crede mihi, liber hic sat tibi gratus erit.

470. Ad Amicum Lectorem, et Lectorem Amicum

Qui meus ante fuit, tuus est liber; accipe, lector,
Qui meus et tuus est: tu meus, ipse tuus.

471. Ad Ponticum

Saepe rogas, “Quot habes annos?” Respondeo: nullos.
Quomodo? Quos habui, Pontice, non habeo.

472. Aetas Praeterit

Cetera praetereunt; nostra haec quoque praeterit aetas,
Non reditura, instar praetereuntis aquae.

473. Umbra Fugax

Itque reditque viam constans quam suspicis umbra;
Umbra fugax homines non reditura sumus.

474. Sic Vita Fugit

Cur tibi spem vitae longos producis in annos?
Ut momentum horae, sic tua vita fugit.

475. Fac Hodie

Cras, inquis, faciam, concessaque labitur hora;
Fac hodie: fugit haec non reditura dies.

476. Dies Ultima

Tolle moras: volucres menses labuntur et anni;
Ultima sit nescis quando futura dies.

477. Tempus Irrevocabile

Utere temporibus: volat irrevocabile tempus;
Atque stude, quia non quae fuit hora redit.

469. John Stradling (1563-1637), *Epigrammata,* 4 (finis).

corrigo, corrigere: correct, set right

470. John Stradling (1563-1637), *Epigrammata,* 4.56.

lector (lectoris, *m.*): reader

471. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.114.

Ponticus (Pontici, *m.*): Ponticus
quot: how many?

472. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

instar: image, likeness
praetereo, praeterire: pass, go by

473. *The Book of Sun-Dials* (ed. Gatty).

fugax (fugacis): swift, fleeting, transitory
suspicio, suspicere: look up at

474. *The Book of Sun-Dials* (ed. Gatty).

momentum (momenti, *n.*): movement, moment
produco, producere: bring forth, produce, stretch out

475. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

cras: tomorrow
labor, labi: slip, glide, fall

476. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

labor, labi: slip, glide, fall
mensis (mensis, *m.*): month

477. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

irrevocabilis, -e (irrevocabilis): irrevocable
volo, volare: fly

478. Dies Longa

Longa dies homini docuit parere leones;
   Longa dies molli saxa peredit aqua.

479. Tempora Lubrica

Aspice quam celeri cursu levis effugit hora,
   Lubrica nec vitae tempora perde tuae.

480. Tempus

Tempus edax rerum: nos et terit omnia tempus;
   Nos terimus tempus: iam sumus ergo pares.

481. Ut Flos et Ventus

Nocte dieque cave tempus consumere prave;
Ut flos et ventus transibit nostra iuventus.

482. De Autumno

Aufert arboribus frondes autumnus, et idem
   Fert secum fructus; nos faciamus idem.

483. Lux et Nox

Luces et noctes orbis tenet ipse vicissim;
   Non nisi lux caelo, non nisi nox erebo.

484. Temporis Gyrus

Annus abit, mensesque diesque horaeque recedunt,
   Et suus in se iterum tempora gyrus agit.

485. Saecula Fugiunt

Saecula sic fugiunt, sic lux, sic umbra, theatrum
   Donec stelligerum clauserit una dies.

486. Utrumque Ferre

Aequam sensisti sortem, sensisti et iniquam;
   Prudens et fortis quisquis utrumque tulit.

478. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

leo (leonis*, m.*): lion
peredo, peredere, peredi: eat up, consume

479. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

effugio, effugere: escape, run away from, avoid
lubricus, -a, -um: slippery, sliding, fleeting

480. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.171.

edax (edacis): voracious, gluttonous
tero, terere: wear away, wear out

481. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).

iuventus (iuventutis*, f.*): youthful age, youth
pravus, -a, -um: vicious, perverse; *adv.* prave

482. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.27.

autumnus (autumni*, m.*): autumn, fall, harvest
frons (frondis*, f.*): foliage, leaves, frond

483. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus*.

erebus (erebi*, m.*): god of darkness, the underworld
vicissim: in turn

484. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

gyrus (gyri*, m.*): circle, circuit, gyre
mensis (mensis*, m.*): month

485. *The Book of Sun-Dials* (ed. Gatty).

stelliger, stelligera, stelligerum: star-bearing, starry
theatrum (theatri*, n.*): playhouse, theater

486. John Stradling (1563-1637)*, Epigrammata,* 3.28.

iniquus, -a, -um: unequal, unjust, unfair
prudens (prudentis): wise, having foresight

487. Servandus Modus In Utraque Fortuna

Me dextra elatum videat, fractumve sinistra,
Adsit Fortunae certus utrique modus.

488. Qui Bene Stat, Ne Cadat

Est metuenda bonae semper mutatio sortis;
Qui bene stat, videat ne titubando cadat.

489. Inter Utrumque Volat

Inter utrumque volat dubiis victoria pennis:
Hic modo victor ait; mox ait alter erit.

490. Vita Dubia

Cum dubia in certis versetur vita periclis,
Pro lucro tibi pone diem, quicumque sequetur.

491. Meliora Spera, Deteriora Time

Cum Fortuna premit, meliora sequentia spera;
Cum Fortuna favet, deteriora time.

492. Adversa Reversa

Cum soleant homini feliciter omnia verti,
Maiori gravitate solent adversa reverti.

493. Res Mala Venit

Finitur more solito res laeta dolore;
Post rem, quae lenit, res mala saepe venit.

494. Fortuna Volubilis

Rebus in humanis Fortuna volubilis errat;
Quod viget, id nil fit; quod nihil ante, viget.

495. De Statu Hominum

Deprimitur nisi pes alter, non tollitur alter;
Sic casu alterius tollitur alter homo.

487. Pub. Faustus Andrelinus (c.1460-1518), *Hecatodistichon*.

elatus, -a, -um: lifted up, raised, exalted
sinister, sinistra, sinistrum: left, unlucky

488. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

mutatio (mutationis, *f.*): change, alteration
titubo, titubare: totter, falter, stagger

489. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Nucleus*, 96.

penna (pennae, *f.*): feather, wing
volo, volare: fly

490. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.33.

lucrum (lucri, *n.*): profit, gain
verso, versare: turn, spin, whirl

491. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

deterior, deterius (deterioris): worse
faveo, favere: support, show favor

492. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 16.

feliciter: happily
gravitas (gravitatis, *f.*): weight, importance

493. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 188.

finio, finire: limit, bound, finish
lenio, lenire: alleviate, pass pleasantly

494. Ioannes Sturmius (1507-1589), in Nihus (1642).

vigeo, vigere: be lively, thrive, flourish
volubilis, -e (volubilis): winding, twisting, rolling

495. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata*, 4.255.

deprimo, deprimere: suppress, force down
status (status, *m.*): posture, position, condition

496. Solacium Pauperum, ad Amicum Divitem

Inconstans Fortuna breves mutatur in horas;
Nascitur inde mihi spes, metus inde tibi.

497. Vultus Fortunae

Vultus Fortunae mutatur imagine lunae;
Crescit, decrescit, in eodem sistere nescit.

498. Quo Fata Trahunt

Quid facias? Quo fata trahunt retrahuntque sequendum est:
Illa etiam invitos vis rapit; ergo sequor.

499. Mergitur, Non Obruitur

Non raro mediis vir fortis mergitur undis
Adversae sortis, nec tamen obruitur.

500. Casus Adversi

Casibus adversis fracta qui mente recumbit,
Fortuna ignorat dexteriore frui.

501. Sui Cuique Mores Fingunt Fortunam

Fortunam accusas, Fortunam cum tibi fingas
Moribus et sortis sis faber ipse tuae.

502. Suae Quisque Faber Fortunae

Non sors te fugiet, modo tu non desere sortem;
Fortunae propriae est quilibet ipse faber.

503. Rem Ratione Guberna

Cum sis incautus nec rem ratione gubernes,
Noli Fortunam, quae non est, dicere caecam.

504. Spes et Fortuna, Valete

Iam portum inveni; Spes et Fortuna, valete:
Nil mihi vobiscum est; ludite nunc alios.

496. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 4.147.

inconstans (inconstantis): changeable, fickle
solacium (solacii*, n.*): comfort, solace, consolation

497. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1475.

decresco, decrescere: decrease, diminish
sisto, sistere: stop, stand

498. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Emblemata,* 63.

invitus, -a, -um: unwilling, reluctant
retraho, retrahere: pull back, bring back

499. Joachim Camerarius (1534-1598), *Symbola,* 3.56.

mergo, mergere: sink, plunge, immerse
obruo, obruere: overwhelm, crush, ruin

500. Pub. Faustus Andrelinus (c.1460-1518), *Hecatodistichon.*

ignoro, ignorare: to not know, be ignorant
recumbo, recumbere: lie down, sink, fall

501. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.73.

accuso, accusare: blame, accuse
faber (fabri*, m.*): artisan, craftsman, maker

502. Albertus Fridericus Millemannus, in Nihus (1642).

faber (fabri*, m.*): artisan, craftsman, maker
quilibet, quaelibet, quodlibet: whoever, anybody

503. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.3.

guberno, gubernare: pilot, direct, control
incautus, -a, -um: heedless, reckless

504. Thomas More (1478-1535), *Epigrammata.*

ludo, ludere: play, mock, ridicule
portus (portus*, m.*): harbor, port

505. Ut Ameris, Ama

Laudatur merito laudator, amatur amator;
  Ergo ut lauderis, lauda; ut ameris, ama.

506. Secretum Amoris

Rarus amatur amans; ut amere, inamabilis esto
  Omnibus. A nulla vis ut ameris? Ama.

507. Prodest Amor et Obest

Est uni iucundus amor, nocet alteri amasse;
  Quodque uni prodest, alteri obesse potest.

508. Quod Fatuus Credit

Stultus quando videt quod pulchra puellula ridet,
  Mox fatuus credit se quod amare velit.

509. Amor Amaror

Dic mihi, quid sit amor? Nihil est, nisi mentis amaror;
  Dulcia promittens, cogit acerba pati.

510. Ad Faustum

Morbus amor gravis est; ego quamvis non amo, Fauste,
  Sed, quia amavi olim, nunc quoque discrucior.

511. Paradoxon, ad Amicam Absentem

Uror amore miser, tantoque potentius uror
  Quanto, qui me urit, longius ignis abest.

512. Vincere Venerem

Vincere si quaeris Venerem, fugiens superabis;
Instans, victus eris: Venerem fugiendo fugabis.

513. Deorum Pater et Amor

“Tela adimam tibi cuncta,” Deum Pater inquit Amori;
  “Quid si iterum cycnum te faciam?” inquit Amor.

505. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 2.104.

amator (amatoris, *m.*): lover, friend
laudator (laudatoris, *m.*): one who praises

506. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 4.200.

inamabilis, -e (inamabilis): disagreeable, unlovely
secretus, -a, -um: hidden away, private, secret

507. Joachim Camerarius (1534-1598), *Symbola,* 3.76.

iucundus, -a, -um: pleasant agreeable
obsum, obesse: be an obstacle, hinder, hurt

508. *Philosophia Patrum* (Wegeler), 1322 [puellula = puella, *dim.*]

fatuus, -a, -um: foolish, idiotic
stultus, -a, -um: foolish, silly; fool

509. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

acerbus, -a, -um: bitter, harsh, grievous
amaror (amaroris, *m.*): bitter taste, bitterness

510. Jan Kochanowski (1530-1584), *Foricoenia*, 24.

discrucio, discruciare: torture violently, torment
Faustus (Fausti, *m.*): Faustus

511. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 1.150.

paradoxon (*Greek noun - n.*): paradox
uro, urere: burn, inflame, scorch

512. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1014.

insto, instare: press hard, pursue, approach
Venus (Veneris, *f.*): Venus, goddess of love, love

513. Raimondo Cunich (1784), *Anthologia Graecorum.*

adimo, adimere: take away, deprive, snatch
cycnus (cycni, *m.*): swan

514. Amoris Vulnera

Vulnus alit fera laesa fuga; sic tu, licet usque
Tela dei fugias, non tamen effugies.

515. Quae Sensus Pervertunt

Saepe solent hominum sensus pervertere rectos
Quattuor haec: odium, munera, terror, amor.

516. Inimico, de Odii Temperantia

Non amo te nimium, sed et idem non nimium odi;
Quod nimis est, tibi tam displicet atque mihi.

517. Epistola Amatoria

Nullus amor sine spe, dubius qua vivit amator,
Nulla placet sine re spes mihi, res sine te.

518. Amor Labor: Problema

Omnia vincit amor; labor improbus omnia vincit:
Ergo laborare hoc unum et amare sonant?

519. Amicus Delectus

Inter mille unum cautus tibi delige amicum;
Delectum nullis desere temporibus.

520. Benevoli Multi, Consiliarii Pauci

Et bene fac multis, et multis utere amicis;
Pauci animum teneant consiliumque tuum.

521. Fidus Amicus

Rebus in ambiguis ex multis millibus unus
Vix constans et vix fidus amicus erit.

522. Amici Paucissimi

Millibus ex multis unus vix fidus amicus;
Hic albo corvo rarior esse solet.

514. Daniel Heinsius (1580-1655), *Quaeris Quid Sit Amor,* 15.

effugio, effugere: escape, run away from, avoid
licet: although, granted that

515. Nicolaus Reusnerus (1545-1602), *Aureola Emblemata*, 63.

perverto, pervertere: subvert, ruin, corrupt
terror (terroris*, m.*): terror, fear, panic

516. Jean Girard (1518-1586), *Stichostratia*, 1.52.

displiceo, displicere: displease, dissatisfy
temperantia (temperantiae*, f.*): moderation, self-control

517. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 6.87.

amator (amatoris*, m.*): lover, friend
amatorius, -a, -um: loving, amorous

518. John Stradling (1563-1637)*, Epigrammata,* 1.109.

improbus, -a, -um: wicked, unjust, dishonest
problema (problematis*, n.*): problem, puzzle

519. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

cautus, -a, -um: cautious, careful, wary
deligo, deligere: pick, choose, select

520. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.5.

benevolus, -a, -um: kind, friendly, well-wishing
consiliarius (consiliarii*, m.*): advisor, counselor

521. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

ambiguus, -a, -um: uncertain, doubtful, ambiguous
fidus, -a, -um: faithful, loyal

522. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*

corvus (corvi*, m.*): crow, raven
fidus, -a, -um: faithful, loyal

523. Vicinus Bonus

Vicinus bonus est thesaurus carus et ingens;
Vicinus res est perniciosa malus.

524. Liberalis

Quas inopi et dulci laetus donabis amico,
Temporibus nullis eripientur opes.

525. Ad Amicum

Accipe parva mei laetus munuscula census,
Nec quae sint sed qua suscipe mente data.

526. Obsequium Amicos Parit

Obsequium in vitiis multos effingit amicos,
Qui hostes, cum verum dixeris, esse solent.

527. Vi Frangitur, Obsequio Flectitur

Obsequio flectes, quem vi non frangis, amicum;
Non supera manibus, sed ratione malum.

528. Qui Recta Monent

Semper ama qui recta monent; hos semper amicos
Crede tibi, vel dum forsan acerba monent.

529. Quando Peccas Tu

Si quis peccantem te corrigit, illius audi
Verba libens; animi est istud amantis opus.

530. Frater Fratri Lupus

Nusquam tuta fides, quia amicus fallit amicum
Et frater fratri cernitur esse lupus.

531. Tempora Nubila

Cum fueris felix, multos numerabis amicos;
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

523. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

perniciosus, -a, -um: dangerous, destructive
thesaurus (thesauri*, m.*): treasure, wealth

524. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*

inops (inopis): needy, lacking, destitute
liberalis, -e (liberalis): honorable, generous

525. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*

census (census*, m.*): registration, property, wealth
munusculum (munusculi*, n.*): small present, tiny gift

526. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.76.

effingo, effingere: fashion, form, portray
obsequium (obsequii*, n.*): deference, solicitude

527. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.96.

flecto, flectere: bend, curve, turn
obsequium (obsequii*, n.*): deference, solicitude

528. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 124.

acerbus, -a, -um: bitter, harsh, grievous
forsan: perhaps, perchance

529. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

corrigo, corrigere: correct, improve
libens (libentis): willing, glad

530. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

lupus (lupi*, m.*): wolf
nusquam: nowhere, never

531. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 20.

nubilus, -a, -um: cloudy, overcast
numero, numerare: number, count

532. Cum Fueris Felix

Cum fueris felix, multo stiparis amico;
  Prospera mutentur: respice, solus eris.

533. Dilectio Vera

Cum sim mendicus, cognosco quis sit amicus;
Sorte patet misera quae sit dilectio vera.

534. Socius Mensae

Qui socius mensae est, verum ne reris amicum:
  Tolle epulas; nosces quam tibi fidus erat.

535. Ollae Amicitia

Non, nisi cum ceno, noster me quaerit amicus;
  Quam me plus ollam noster amicus amat.

536. Philo Domi Non Cenat

Numquam se cenasse domi Philo iurat, et hoc est:
  Non cenat, quotiens nemo vocavit eum.

537. Labienus Solus

Se solum Labienus amat, miratur, adorat;
  Non modo se solum, se quoque solus amat.

538. Nec Tecum, Nec Sine Te

Difficilis facilis, iucundus acerbus es idem;
  Nec tecum possum vivere, nec sine te.

539. Nolo, Volo

Insequeris, fugio; fugis, insequor. Haec mihi mens est:
  Velle tuum nolo, Dindyme, nolle volo.

540. Amicus Incommodus Quid ab Inimico Differt?

Saepe venis, noxamque adfers mihi semper, amice;
  Absis, et melius noster amicus eris.

532. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 298.

prosperus, -a, -um: successful, lucky, prosperous
stipo, stipare, stipavi: crowd, press, surround

533. *Proverbia Rusticorum Versificata* (ed. Zacher), 118.

dilectio (dilectionis, *f.*): love, affection
mendicus, -a, -um: needy, poor; beggar

534. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

epulae (epularum, *f.* pl.): banquet, dinner, feast
fidus, -a, -um: faithful, loyal

535. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.27.

ceno, cenare: dine, eat dinner
olla (ollae, *f.*): pot, jar

536. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 5.47.

ceno, cenare, cenavi: dine, eat dinner
Philo (Philonis, *m.*): Philo

537. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 8.63.

adoro, adorare: honor, worship, adore
Labienus (Labieni, *m.*): Labienus

538. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 12.46.

acerbus, -a, -um: bitter, harsh, grievous
iucundus, -a, -um: pleasant agreeable

539. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 5.83.

Dindymus (Dindymi, *m.*): Dindymus
insequor, insequi: follow, pursue

540. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 5.66.

incommodus, -a, -um: inconvenient, disagreeable
noxa (noxae, *f.*): hurt, harm, injury

541. Unus Nihil, Duo Multa Possunt

Per te nil facies; si mentis acumine polles,
Qui valeat dextra, iunge tibi socium.

542. Pax Quae Manet

Pax apud aequales longos consistit in annos;
Inter inaequales non manet illa diu.

543. Stravit Fortunam Virtus

Strata iacet Fortuna pedes Virtutis ad imos;
Sic mage mens semper corpore firma suo est.

544. Quod Paravit Virtus, Retinebis

Fors adimet dotes, repetet Natura salutem,
Virtus mansuras sola relinquet opes.

545. Virtus Bona Opes Gignit

Non praefer nummos, hi non quia gignere possunt
Virtutem, virtus sed bona gignit opes.

546. Virtus Aeterna Praeferenda

Virtuti aeternae mortales confer honores:
Sunt nihil; hanc illis, qui sapis, ante feras.

547. Virtus Reddit Immortales

Omnia cum pereant, virtus est sola perennis;
Haec immortales reddere sola potest.

548. Voluptatis Semita, et Virtutis

Blanda voluptatis, virtutis dura videtur
Semita, dum primo limine cernit homo.

549. Virtutis Principium Asperum, Finis Amoenus

Est opus incepto: finis virtutis amoenus,
Principiis quamvis aspera prima via est.

541. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 5.90.

acumen (acuminis, *n.*): point, sting, sharpness
polleo, pollere: be strong, prevail, be rich in

542. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

aequalis, -e (aequalis): equal, even
inaequalis, -e (inaequalis): unequal, uneven

543. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 1.74.

firmus, -a, -um: steady, solid, strong, firm
sterno, sternere, stravi, stratus: lay out, lay low

544. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 2.17.

adimo, adimere: take away, deprive, snatch
dos (dotis, *f.*): dowry, endowment, talent

545. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

nummus (nummi, *m.*): coin, cash, money
praefero, praeferre: put before, prefer

546. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 2.10.

praefero, praeferre: put before, prefer
sapio, sapere: savor, be wise, understand

547. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

immortalis, -e (immortalis): immortal, endless, eternal
perennis, -e (perennis): lasting through the years

548. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).

blandus, -a, -um: alluring, charming
semita (semitae, *f.*): path

549. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

amoenus, -a, -um: lovely, pleasant, charming
asper, aspera, asperum: rough, hard, rugged

550. In Theologastrum

Quid tibi, neglecta virtute, scientia prodest?
Desine iam verum quaerere; quaere bonum.

551. Virtutibus Nitemus

Si quadam virtute nites, ne despice quemquam;
Ex alia quadam forsitan ipse nitet.

552. Quomodo Homo Nobilitatur?

Non pater et mater dant nobilitatis honores;
Moribus at vita nobilitatur homo.

553. Ad Ponticum

Omnis nobilitas est a virtute, sed omnis
Est a veste tibi, Pontice, nobilitas.

554. Exemplar

Exemplo virtus bene discitur atque docetur;
Qui dare mi suadet pauperibus, sua det.

555. Res Romana Stat

Moribus antiquis stat res Romana, virisque;
Eventus miseros res nova semper habet.

556. Virtuti Modus Adhibendus

Virtutis studio nimius, Crysippe, videris,
Virtus absque modo nomen habet vitii.

557. Libertas

Libertas etiam tibi sit iucunda, sed omni
In primis quae te liberat a vitio.

558. Vetitum Acrius Urit

Nitimur in vetitum semper cupimusque negatum:
Quod licet, ingratum est; quod non licet, acrius urit.

550. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 10.51.

neglectus, -a, -um: disregarded, ignored, neglected
theologaster (theologastri, *m.*): quack theologian, charlatan

551. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 70.

despicio, despicere: look down on, despise
niteo, nitere: shine, glitter, glisten

552. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

nobilitas (nobilitatis, *f.*): excellence, nobility, rank
nobilito, nobilitare: ennoble, make famous

553. John Dunbar (c.1585-1626), *Epigrammata,* C4.30.

nobilitas (nobilitatis, *f.*): excellence, nobility, rank
Ponticus (Pontici, *m.*): Ponticus

554. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 7.19.

exemplar (exemplaris, *n.*): copy, model, example
suadeo, suadere: urge, recommend, suggest

555. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

eventus (eventus, *m.*): outcome, result, event
Romanus, -a, -um: Roman

556. Godfrey of Winchester (c.1050-1107), *Epigrammata,* 98.

absque: without, apart from, away from
Crysippus (Crysippi, *m.*): Crysippus

557. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

iucundus, -a, -um: pleasant, agreeable
libero, liberare: free, set free, liberate

558. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 243.

nitor, niti: press, struggle, strive
uro, urere: burn, inflame, scorch

559. Via Lata ad Orcum

Arcta via in caelum; lata est, quae ducit ad Orcum:
Illa nimis longa est; est nimis ista brevis.

560. Favente Numine

Si faveat caelum, bene surculus arbore crescet;
Si faveat numen, tu quoque magnus eris.

561. Prius Exstirpa Malum

Si vis virtutis cordi committere semen,
Hinc prius exstirpa, quod fuit ante malum.

562. Spiritus Duo

Est homo spiritibus commissus quisque duobus:
Unus custodit; alter subducere quaerit.

563. Probitas

Vir sapiens plerumque bono est sapientior; esto,
Dummodo sit melior vir sapiente bonus.

564. Boni Amor, Odium Mali

Vir bonus immeritum si me dignatur amore,
Gaudeo; si me odit vir malus, haud doleo.

565. Mala Graviora

Rebus in adversis haec te solacia firment,
Quod mala multorum sunt graviora tuis.

566. Stercus Olet

Stercus olet tanto plus, quanto vertitur illud;
Quae mala clausa latent, haec aperire nocet.

567. Cum Stercore Noli Certare

Hoc scio pro certo, quod si cum stercore certo,
Vinco seu vincor, semper ego maculor.

559. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

arctus, -a, -um: close, tight, strict
Orcus (Orci*, m.*): Orcus, land of the dead

560. Joachim Camerarius (1534-1598)*, Symbola,* 1.3.

faveo, favere: support, show favor
surculus (surculi*, m.*): shoot, sprout

561. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

exstirpo, exstirpare: root out, extirpate
semen (seminis*, n.*): seed

562. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 335.

custodio, custodire: keep watch, guard
subduco, subducere: carry off, steal

563. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.108.

dummodo: provided that
probitas (probitatis*, f.*): goodness, honesty

564. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

dignor, dignari: deem worthy of
immeritus, -a, -um: undeserved, undeserving

565. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

firmo, firmare: strengthen, support, establish
solacium (solacii*, n.*): comfort, solace, consolation

566. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

oleo, olere: smell, smell like, stink
stercus (stercoris*, n.*): dung, manure

567. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 503.

maculo, maculare: stain, pollute, make dirty
stercus (stercoris*, n.*): dung, manure

568. Suum Cuique Tribue

Cuique suum tribuat, poenas vel praemia, iudex
Lance pari ac aequis omnia ponderibus.

569. Leges et Lites

Filia lex litis, bona filia, pessima mater;
Filia lis legis, mater bona, pessima nata.

570. Conscientia Bona

Qui recte vivit, contemnit iussa superbi;
Conscia mens recti nil timuisse potest.

571. Mens Criminis Expers

Gaudia vera dabit mens omnis criminis expers;
Hei mihi, quam pauci gaudia vera ferent!

572. Mens Recti Conscia

Non timet adversos mens recti conscia casus,
Cum sceleris turbat quaelibet aura reos.

573. Iudicium Non Fugiendum

Iudicis examen fugerunt saepe scelesti,
Defuit at numquam pectore iudicium.

574. Noxius Sibi

Si cuiquam imprudens dictis factisve nocebis,
Noxius in primis tunc eris ipse tibi.

575. Per Idem Punitur

Per quod quis peccat, per idem punitur et idem;
Incidit insidias, quas alii peperit.

576. Iustos Deus Tuetur

Multa premunt iustum mala, sed deus eripit illum
Omnibus, et propria munit ab hoste manu.

568. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Nucleus,* 88.

lanx (lancis, *f.*): plate, dish, scale of a balance
tribuo, tribuere: assign, bestow, grant

569. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

lis (litis, *f.*): lawsuit, quarrel
pessimus, -a, -um: worst

570. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

conscientia (conscientiae, *f.*): conscience, sense of guilt
conscius, -a, -um: knowing, conscious, guilty

571. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

expers (expertis): having no part in, free from
hei: alas! woe!

572. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago,* 2.39.

conscius, -a, -um: knowing, conscious, guilty
quilibet, quaelibet, quodlibet: whoever, anybody

573. Benedictus Iovius (1471-1545), *Epigrammata.*

examen (examinis, *n.*): weighing, examination
scelestus, -a, -um: wicked, criminal

574. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

imprudens (imprudentis): foolish, reckless
noxius, -a, -um: harmful, criminal

575. Jacok Bornitz (c.1560-1625), *Symbola et Emblemata* 23.

insidiae (insidiarum, *f.* pl.): ambush, snare, treachery
punio, punire: punish

576. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 5.31.

munio, munire: protect, defend, fortify
tueor, tueri: watch, watch over, protect

577. Deum Testem Habere

Si te contemnant homines, contemne silendo;
   Interius testem praestat habere deum.

578. Non Semper Latent

Nolo putes pravos homines peccata lucrari;
Temporibus peccata latent, et tempore parent.

579. Omnia Patefient

Quae sunt in tenebris veniunt aliquando sub auras;
   Clam nihil est adeo quin patefiat idem.

580. Prudentia Vincit

Virtutes alias tantum prudentia vincit,
   Quantum oculus sensus eminet ante alios.

581. Scientia Sine Prudentia Nihil

Quid rem scire iuvat, nisi scis quo tempore agenda
   Prudenter, quo sit res quoque tuta loco?

582. Prospiciendum

Qui sibi praenoscit quae sint meliora futura,
   Ille acri ante omnes eminet ingenio.

583. Sapiens Dominabitur Astris

Astra regunt homines; sapiens dominabitur astris,
   Et poterit notis cautior esse malis.

584. Praevidendum

Prospice, qui veniant, casus hos esse ferendos;
Nam levius laedit, quidquid praevidimus ante.

585. Laesus Semel, Prudentius

Prospicit ille sibi, timet et prudentius ignem,
   Qui semel ardenti laesus ab igne fuit.

577. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus*.

interius: on the inside, within, inwardly
sileo, silere: be silent, not speak

578. *The Distichs of Cato* (4th century), 2.8.

lucror, lucrari: make a profit, gain, win
pravus, -a, -um: vicious, perverse, bad

579. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

clam: in secret, covertly
patefio, patefieri: come to light, be revealed

580. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha*.

emineo, eminere: stand out, be prominent
prudentia (prudentiae, *f.*): foresight, wisdom

581. Jakob Bornitz (c.1560-1625), *Symbola et Emblemata* 69.

prudenter: wisely, cautiously, carefully
prudentia (prudentiae, *f.*): foresight, wisdom

582. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha*.

emineo, eminere: stand out, be prominent
praenosco, praenoscere: know in advance, foresee

583. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Nucleus,* 31.

cautus, -a, -um: cautious, careful, wary
dominor, dominari: master, rule over

584. *The Distichs of Cato* (4th century), 2.24.

praevideo, praevidere, praevidi: see in advance, foresee
prospicio, prospicere: look ahead, watch out for

585. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

prospicio, prospicere: look ahead, watch out for
prudenter: cautiously; *comp. adv.* prudentius

586. Laqueum Timet

Si volucri captae dat sors evadere posse,
Partibus in cunctis esse putat laqueum.

587. De Senum Prudentia

A sene consilium quaeras; prudentia rerum
Est illis, sine qua curia quaeque perit.

588. Consilio Pollens

Corporis exigui vires contemnere noli;
Consilio pollet, cui vim natura negavit.

589. Nocere Posse

Quid prudentis opus? Cum possit, nolle nocere.
Quid stulti proprium? Non posse et velle nocere.

590. Medium Tenens

Et tardus nimis, et praeceps nimis esse caveto;
Ille sapit, medium qui inter utrumque tenet.

591. Finis Respiciendus

Non festinandum nimis est, sed finis in omni
Prudenter facto respiciendus erit.

592. Omnium Rerum Vicissitudo Est

Quicquid ages, finem coepto praepone labori;
Fine bono totum nobile fiet opus.

593. Diu Meditare

Non in consilio sis praeceps; tardior esto:
Sunt meditanda diu quae statuenda semel.

594. Mora Commoda

Est mora consilium capienti commoda: contra,
Consilii semper paenituit celeris.

586. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 119.

evado, evadere: avoid, escape, evade
laqueus (laquei*, m.*): trap, snare, noose

587. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*

curia (curiae*, f.*): senate-house, curia, court
prudentia (prudentiae*, f.*): foresight, wisdom

588. *The Distichs of Cato* (4th century), 2.9.

exiguus, -a, -um: small, paltry, scanty
polleo, pollere: be strong, prevail, be rich in

589. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

prudens (prudentis): wise, having foresight
stultus, -a, -um: foolish, silly; fool

590. Joachim Camerarius (1534-1598)*, Symbola,* 3.33.

praeceps (praecipitis): headlong, steep, swift
sapio, sapere: savor, be wise, understand

591. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

festino, festinare: hasten, hurry, be quick
prudenter: wisely, cautiously, carefully

592. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.40.

praepono, praeponere: place in front, prefer
vicissitudo (vicissitudinis*, f.*): change, alteration

593. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

meditor, meditari: consider, ponder
praeceps (praecipitis): headlong, steep, swift

594. Henricus Stephanus (c.1528-1598), in Nihus (1642).

commodus, -a, -um: suitable, proper, convenient
paeniteo, paenitere, paenitui: displease, make sorry

595. Consilium Vertere

Errare est hominis, sed non persistere; saepe
Optimus est portus vertere consilium.

596. Occasio Quaerenda

Si non prompta venit, quaerenda occasio facti est,
Quae, dimissa semel, non reditura fugit.

597. In Medio Securus

In medio securus eris; dum prendere summa
Quaeris, in adversum culmine saepe cadis.

598. Multos Copia Perdit

Semper ama medium; multa et sublimia sperne,
Copia nam multos perdere magna solet.

599. Medium Serva

Omnibus in rebus medium servare memento;
Immoderata nocent, sed moderata iuvant.

600. Ne Quid Nimis

Austerus ne sis nimium, nimiumque solutus;
Sic odium vitas, et levitate cares.

601. Temperantia

Adde modum rebus, prius et metire quod audes;
Fructibus est virtus plena tenere modum.

602. Parum, Nihil, Nimis, Satis

Pauper in orbe parum; mendicus nil habet usquam;
Dives habet nimium: quis, nisi nemo, satis?

603. Lepores Duo

Qui geminos sequitur lepores, amittit utrumque;
Plura simul faciens, sic male cuncta facit.

595. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

persisto, persistere: continue steadfastly, persist
portus (portus, *m.*): harbor, haven, port

596. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 5.3.

occasio (occasionis, *f.*): opportunity, chance
promptus, -a, -um: visible, in readiness

597. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).

culmen (culminis, *n.*): peak, top, height
prendo, prendere: catch, grab, seize

598. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.89.

sperno, spernere: scorn, reject, despise
sublimis, -e (sublimis): raised up, elevated

599. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

immoderatus, -a, -um: unlimited, extravagant
moderatus, -a, -um: limited, bounded, moderated

600. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus*.

austerus, -a, -um: harsh, strict, gloomy
levitas (levitatis, *f.*): lightness, levity, fickleness

601. Iohannes Stigelius (1515-1562), in Reusner (1587).

metior, metiri: measure, distribute
temperantia (temperantiae, *f.*): moderation, self-control

602. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 7.35.

mendicus, -a, -um: needy, poor; beggar
usquam: anywhere, in any way, at all

603. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha*.

geminus, -a, -um: twin, double, two
lepus (leporis, *m.*): hare, rabbit

604. Crystallina

Frangere dum metuis, franges crystallina; peccant
Securae nimium sollicitaeque manus.

605. Superstitio

Quando modum mediumque fugit, vanisque quiescit
Religio in rebus, facta superstitio est.

606. Dulce, Non Triste, Serva

Mens oblita iuvat; iuvat et memor: haec quia servat
Dulce quod est; contra, triste quod illa fugat.

607. Velle Tuum Moderandum

Quanto maior eris, moderatior esse teneris,
Nam cito stultus eris nisi velle tuum modereris.

608. Nil Ultra Vires

Ne te effer nimium maioraque viribus aude:
Quod potes, id studio perfice; tutus eris.

609. Puppis Tuta in Flumine Modico

Quod nimium est, fugito; parvo gaudere memento:
Tuta mage est puppis, modico quae flumine fertur.

610. Fel Fiet Si Nimium

Omne nocet nimium: vetus est sententia, nam quod
Mel fuerat, fiet fel tibi, si nimium est.

611. Ad Pamphilum

Mittis vina mihi; mihi, Pamphile, vina supersunt.
Vis mage quod placeat mittere? Mitte sitim.

612. Cibus

Vita cibo perstat, sed vitam saepius aufert
Ipse cibus, si sit noxius aut nimius.

604. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 14.111.

crystallinus, -a, -um: made of crystal
sollicitus, -a, -um: anxious, worried

605. John Stradling (1563-1637), *Epigrammata,* 3.67.

religio (religionis, *f.*): obligation, reverence, religion
superstitio (superstitionis, *f.*): superstition, irrational dread

606. Hugo Grotius (1583-1645), *Anthologia Graeca*, vol. I.

memor (memoris): mindful of, remembering
obliviscor, oblivisci, oblitus: forget

607. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

moderor, moderari, moderatus: set boundaries, limit
stultus, -a, -um: foolish, silly; fool

608. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 4.37.

effero, efferre: lift up, raise, exalt
perficio, perficere: bring to a conclusion, accomplish

609. *The Distichs of Cato* (4th century), 2.6.

modicus, -a, -um: moderate, small
puppis (puppis, *f.*): ship, boat

610. Hugo Grotius (1583-1645), *Anthologia Graeca*, vol. I.

fel (fellis, *n.*): gall, bile, bitterness
mel (mellis, *n.*): honey

611. Angelo Poliziano (1454-1494), in Nihus (1642).

Pamphilus (Pamphili, *m.*): Pamphilus
sitis (sitis, *f.*): thirst

612. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

noxius, -a, -um: harmful, criminal
persto, perstare: stand firm, endure, persist

613. Pinta Una et Altera

Pinta trahit pintam, trahit altera pintula pintam,
  Et sic per pintas nascitur ebrietas.

614. Cena Brevis Melior

Ex magna cena stomacho fit maxima poena;
  Ut sis nocte levis, sit tibi cena brevis.

615. Commodis Naturae Contentus

Commoda naturae nullo tibi tempore deerunt,
Si contentus eo fueris, quod postulat usus.

616. Omne Nimium Nocet

Omne nocet nimium; nequeunt moderata nocere:
  Naturae nimium est res inimica bonae.

617. Credulitas

Qui cuivis quidvis credit, male creditur illi;
  Quo credis mihi plus, hoc tibi credo minus.

618. Munus in Dextra

Plus valet in dextra munus quam plurima extra;
Praesens malo datum quam promissum geminatum.

619. Promissor Futilis

Futilis est, qui multa solet promittere; magnus
  Denique promissor dat, nisi verba, nihil.

620. Promissis Adde Fidem

Festinus nimium cave des promissa cuiquam,
  Pollicitisque semel dum potes adde fidem.

621. Montes Noli Promittere

Nil dare et ingentes semper promittere montes
  Dicitur immensi criminis esse nota.

613. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 892.

ebrietas (ebrietatis*, f.*): drunkenness
pinta (pintae*, f.*): pint; *dim.* pintula

614. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 395.

cena (cenae*, f.*): dinner, supper, meal
stomachus (stomachi*, m.*): stomach

615. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.2.

commodus, -a, -um: suitable, proper, convenient
postulo, postulare: demand, require

616. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

moderatus, -a, -um: limited, bounded
nequeo, nequire: be unable, cannot

617. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 4.65.

credulitas (credulitatis*, f.*): readiness to trust, credulity
quivis, quaevis, quidvis: anyone you please, whoever

618. *Proverbia Rusticorum Versificata* (ed. Zacher), 142.

extra: outside
geminatus, -a, -um: doubled, repeated

619. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 147.

futilis, -e (futilis): worthless, vain
promissor (promissoris*, m.*): promiser, guarantor

620. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

festinus, -a, -um: quick, in a hurry
pollicitum (polliciti*, n.*): promise

621. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

immensus, -a, -um: immeasurable, vast
nota (notae*, f.*): mark, sign

622. In Maxima Pollicitum

Parva abs te tandem, non munera magna requiro,
Maxima sis quamvis tu mihi pollicitus.

623. Mitte, Non Promitte

Gratior est fructu ficus quam flore salicta;
Missa ego promissis ante ferenda reor.

624. Umbra Tantum

Umbram, non fructum, platanus dat; sic quoque multis
Vana alios specie ludere saepe placet.

625. Verba, Non Nomina

Est nummus nomen, verbum promittere; Quintius,
A quo sperabam nomina, verba dedit.

626. Nec Cuivis, Nec Nulli

Nec cuivis sapiens, nec nulli credere debet:
Fallitur alter saepe; fidem sibi detrahit alter.

627. Neque Decipere Neque Decipi

Nullum decipias, non decipiaris ab ullo;
Fallere vel falli, Pirame, par vitium est.

628. Mendax Vera Loquens

Quid miser acquirit mendax? Ut vera loquenti
Iurantique etiam credere nemo velit.

629. Multiloquium

Sermones crebri morum sunt signa malorum,
Nam quid opus verbis est, ubi facta vides?

630. Difficile Dissimulare

Difficile est vultu et verbis celare dolorem;
Frons aperit quidquid dissimulare cupis.

622. Jean Girard (1518-1586), *Stichostratia*, 1.12.

pollicitum (polliciti*, n.*): promise
requiro, requirere: seek again, demand

623. Joachim Camerarius (1534-1598)*, Symbola,* 1.9.

ficus (ficus*, m.*): fig tree, fig
salictum (salicti*, n.*): willow grove

624. Joachim Camerarius (1534-1598)*, Symbola,* 1.19.

ludo, ludere: play, mock, ridicule
platanus (platani*, m.*): plane tree

625. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 4.9.

nummus (nummi*, m.*): coin, cash, money
Quintius (Quintii*, m.*): Quintius

626. Marcus Antonius Muretus (1526-1585), *Juvenilia.*

detraho, detrahere: drag away, remove, withdraw
quivis, quaevis, quidvis: anyone you please, whoever

627. Godfrey of Winchester (c.1050-1107)*, Epigrammata,* 26.

decipio, decipere: trick, trap, deceive
Piramus (Pirami*, m.*): Piramus

628. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

acquiro, acquirere: acquire, obtain, get, gain
mendax (mendacis): lying; liar

629. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.110.

creber, crebra, crebrum: thick, frequent, repeated
multiloquium (multiloquii*, n.*): excessive talking, loquacity

630. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

celo, celare: hide, conceal, keep secret
dissimulo, dissimulare: dissemble, disguise

631. Verbis Creditur

Credere res verbis cogit; penetralia caeca
Scrutari et mentem cernere nemo potest.

632. Credere Se Alienis

Non est tuta salus alienis credita telis;
Venales mutat quaelibet aura manus.

633. In Tribulatione Virtus

Quod fornax auro, facit hoc tribulatio iustis;
Rebus in adversis certa probanda fides.

634. Decalogus et Symbolum

Cur credenda mihi faciendis plura iubentur?
Non tam difficile est credere quam facere.

635. Spes

Sum sine divitiis dives, laeta absque favore,
Multa et magna mihi sunt, ubi nulla domi.

636. In Spe et Labore Transigo Vitam

Spes me alit atque labor; miseram sic transigo vitam:
Non nisi in aeterna est pace beata quies.

637. Non Spes Sed Poena

Cum spes frustratur, non spes, sed poena vocatur;
Spes reficit dominum, fallit et ipsa suum.

638. In Ambiguo

Gaudia post luctus veniunt, post gaudia luctus;
Semper in ambiguo, speve metuve, sumus.

639. Nil Metuens

Omnia despera prudenter, et omnia spera
Fortiter; ut caveas omnia, nil metuas.

631. Johann Glandorp (1501-1564), *Disticha,* 103.

penetralis, -e (penetralis): inner, innermost
scrutor, scrutari: examine thoroughly, search

632. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

quilibet, quaelibet, quodlibet: whoever, anybody
venalis, -e (venalis): for sale, for hire

633. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

fornax (fornacis, *f.*): furnace, oven
tribulatio (tribulationis, *f.*): distress, trouble

634. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 10.17.

decalogus (decalogi, *m.*): decalogue, Ten Commandments
symbolum (symboli, *n.*): symbol, creed

635. Melchior Sylvester Eckhard (1600-1650), *Epigrammata.*

absque: without, apart from, away from
favor (favoris, *m.*): goodwill, favor

636. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Emblemata,* 16.

quies (quietis, *f.*): calm, rest, quiet
transigo, transigere: bring to an end, conclude

637. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 193.

frustro, frustrare: disappoint, frustrate, fail
reficio, reficere: repair, restore, rebuild

638. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 4.218.

ambiguus, -a, -um: uncertain, doubtful
luctus (luctus, *m.*): grief, sorrow

639. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 2.65.

despero, desperare: despair, lose hope, give up
prudenter: wisely, cautiously, carefully

640. Sperando Meliora

Tandem exspectando meliora senescimus omnes;
Sperando melius, fit lupus ipse vetus.

641. Noli Carpere

Alterius dictum aut factum ne carpseris umquam,
Exemplo simili ne te derideat alter.

642. Alter Alterius Onera Portate

Cum nemo vitii vivat vel criminis expers,
Alterius merito sufferat alter onus.

643. Philautia

Tu persona secunda, ille ultima, prima ego; nostrum
Nemo tamen sibi non esse videtur ego.

644. Rectus Ordo Diligendi

Quod supra, quod es, et quod iuxta, deinde quod infra
Te fuerit, rectus diligere ordo docet.

645. Fratres Bella Gerentes

Si videas fratres inter se bella gerentes,
Neutri confer opem, sed eorum corrige mentem.

646. Caritas

Iungo homines, hominique deum, namque omnia per me
Dulcia perpetuae foedera pacis habent.

647. Amor Causa Omnium

Abdita quae toto vel aperta videmus in orbe,
Ortu et fine carens omnia fecit amor.

648. De Caritate

Est caritas perfectus amor perfectaque virtus,
Qua sine perfectum nil reperire potes.

640. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

lupus (lupi, *m.*): wolf
senesco, senescere: grow old, age

641. *The Distichs of Cato* (4th century), 3.7.

carpo, carpere, carpsi: pick, pluck, criticize
derideo, deridere: laugh at, mock, scorn

642. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus.*

expers (expertis): having no part in, free from
suffero, sufferre: carry, support, endure

643. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 2.93.

persona (personae, *f.*): mask, character, person
philautia (*Greek noun - f.*): self-love

644. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus.*

infra: below, beneath
iuxta: close by, near

645. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1287.

corrigo, corrigere: correct, improve, straighten
neuter, neutra, neutrum (neutrius): neither

646. Georg Fabricius (1516-1571), *Disticha.*

foedus (foederis, *n.*): treaty, alliance
namque: for indeed, truly

647. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago,* 4.70.

abditus, -a, -um: removed, concealed, hidden
ortus (ortus, *m.*): rise, rising, beginning

648. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

caritas (caritatis, *f.*): love, charity
perfectus, -a, -um: accomplished, finished

649. Gratis Concede

Quod donare potes, gratis concede roganti,
Nam recte fecisse bonis in parte lucrorum est.

650. Cito Dare Melius

Dandi tolle moras: dando cito, munus honoras;
Munus dedecoras, inveniendo moras.

651. Nemo Dat Gratis

Munera qui mittit, sperat maiora remitti;
Nemo suas vellet perdere gratis opes.

652. Ingratis Benefaciens

Qui facit ingratis bene, semina spargit in undas,
Quae numquam fructum sunt paritura suum.

653. Datum Non Repetere

Multa mihi donas; vereor ne multa requiras:
Nolo mihi dones, Aulice, si repetas.

654. Ad Cinnam Improbum

Esse nihil dicis quidquid petis, improbe Cinna:
Si nil, Cinna, petis, nil tibi, Cinna, nego.

655. Nomen Bonum

Divitias alii exoptent titulosque superbos;
Satque superque mihi nomen habere bonum.

656. Fama Aere Dulcior

Dulcius est aere famosum nomen habere;
Non gazas plures sed famam quaerere cures.

657. Nomen Honestum Noli Amittere

Heu mihi, quam facile est amittere nomen honestum!
Quod perit, est ingens id reparare labor.

649. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.8.

gratis: without payment, freely
lucrum (lucri*, n.*): profit, gain

650. *Proverbia Sententiaeque* (ed. Walther), 4933.

dedecoro, dedecorare: disgrace, dishonor
honoro, honorare: respect, honor

651. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*

gratis: without payment, freely
remitto, remittere: send back, return

652. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

benefacio, benefacere: benefit, do good
semen (seminis*, n.*): seed

653. Godfrey of Winchester (c.1050-1107)*, Epigrammata,* 25.

Aulicus (Aulici*, m.*): Aulicus
requiro, requirere: seek again, demand

654. Martial (40 - c.104)*, Epigrammata,* 3.61.

Cinna (Cinnae*, m.*): Cinna
improbus, -a, -um: wicked, dishonest

655. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

exopto, exoptare: desire greatly, long for
titulus (tituli*, m.*): title, label, claim to fame

656. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 187.

famosus, -a, -um: famous, renowned
gaza (gazae*, f.*): treasure

657. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

heu: oh, ah, alas
reparo, reparare: restore, repair

658. Reges et Prophetae

Rex extra patriam, vel maximus, haud habet ullum
   Imperium; in patria nemo propheta fidem.

659. Famam Quaerunt, Non Virtutem

Famam omnes satagunt, virtutem quaerere nemo:
   Cur? Quia splendidius vivere fama solet.

660. De Bona Fama

Qui sapit in multis, vix desipuisse videri
   Ulla in re poterit; tam bona fama bona est.

661. In Procillum, Magnatem

Si non audires dicentem falsa, Procille,
   Auderet falsum dicere nemo tibi.

662. Quid Dicant Alii

De te quid dicant alii, ne scire labores;
   Quod mox displiceat, quaerere stultitia est.

663. Mores Interiores

Non hominis mores cito noscimus interiores;
Hinc laudis flores cito non tribuas vel honores.

664. Parce Laudato, Parcius Culpato

Si quem laudaris, parce laudare memento:
   Crimina culpato parcius ipsa tamen.

665. De Aliis Narrare, Silere de Se

Officium alterius multis narrare memento,
At quaecumque aliis benefeceris ipse, sileto.

666. Homo Superbus

Actibus et verbis homo tu quicumque superbis,
Hoc retine verbum: deus odit quemque superbum.

658. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 4.189.

extra: outside
propheta (prophetae, *m.*): soothsayer, prophet

659. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 4.78.

satago, satagere: be busy with, bustle
splendide: brightly; *comp. adv.* splendidius

660. Thomas Campion (1567-1620), *Epigrammata,* 1.11.

desipio, desipere, desipui: be foolish, play the fool
sapio, sapere: savor, be wise, understand

661. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 1.109.

magnas (magnatis, *m.*): important person, magnate
Procillus (Procilli, *m.*): Procillus

662. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

displiceo, displicere: displease, dissatisfy
stultitia (stultitiae, *f.*): foolishness, folly, stupidity

663. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 70.

interior, interius (interioris): inner, intimate
tribuo, tribuere: assign, bestow, grant

664. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

culpo, culpare: blame, find fault with
parce: sparingly; *comp. adv.* parcius

665. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.15.

benefacio, benefacere, benefeci: benefit, do good
sileo, silere: be silent, not speak

666. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 70.

actus (actus, *m.*): act, action, deed
superbio, superbire: boast, be proud

667. Bonis Placens, Malis Displicet

Hic, quem vituperat malus, afficiatur honore;
Displicuisse malis est placuisse bonis.

668. Gloria Prima et Primae Proxima

Prima placere bonis est gloria; proxima primae,
Nec minor, insontem displicuisse malis.

669. In Gaurum

Laudas, Gaure, nihil; reprehendis cuncta: videto
Ne placeas nulli, dum tibi nemo placet.

670. Invidus et Stultus

Deficit hunc ratio recta, illum mens bona, verum
Cernere dum non vult ille, nec iste potest.

671. Vicini Seges

Quisque suam deflet sortem, vicinaque semper
Apparet falso laetior esse seges.

672. Cogita Quid Desit Tibi

Quid sibi desit homo, non quo supereffluat alter,
Cogitat utilius, providet hincque sibi.

673. In Invidum

Nemo, suo quae non in corpore, vulnera sentit,
At corpus macerat sors aliena tuum.

674. Invidiae Noli Pugnare

Si sapis, invidiae numquam pugnabis, amator;
Invidiae, vincens omnia, cedit amor.

675. Nihil Omnibus Placet

Quantumvis bonus est, nemo caret hoste maligno;
Omnibus in mundo nemo placere potest.

667. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

displiceo, displicere, displicui: displease, dissatisfy
vitupero, vituperare: blame, disparage, find fault

668. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 132.

displiceo, displicere, displicui: displease, dissatisfy
insons (insontis): innocent, harmless

669. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 10.91.

Gaurus (Gauri, *m.*): Gaurus
reprehendo, reprehendere: blame

670. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.86.

invidus, -a, -um: spiteful, hateful, hostile
stultus, -a, -um: foolish, silly; fool

671. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

defleo, deflere: lament, bewail, weep
seges (segetis, *f.*): crop, field of grain

672. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus.*

provideo, providere: foresee, provide for
supereffluo, supereffluere: overflow, be abundant

673. Melchior Sylvester Eckhard (1600-1650), *Epigrammata.*

invidus, -a, -um: spiteful, hateful, hostile
macero, macerare: wear down, exhaust, vex

674. Daniel Heinsius (1580-1655), *Ambacht van Cupido* 22.

amator (amatoris, *m.*): lover, friend
sapio, sapere: savor, be wise, understand

675. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

malignus, -a, -um: spiteful, wicked, envious
quantumvis: however so much, albeit

676. Suae Virtuti Fidens

Quo mage quisque suae virtuti fidit, honores
   Hoc aliis meritos invidet ille minus.

677. Irae Caligo

Ut nil clare oculi densa in caligine cernunt,
   Sic nil recte animus, dum rapit ira, facit.

678. Nil Iratus Facies

Nil umquam iratus facies; de litore nemo
   Solvit, nimbosus cum freta ventus agit.

679. Ut Ira Desinet

Irato responsa viro da mollia et, omnis
   Si vis extemplo desinat ira, tace.

680. Vanae Sine Viribus Irae

Quid iuvet iratos, et quid iuvet esse minaces?
   Contra hostis vim nil ira minaeque valent.

681. Furor Perniciosus

Nec propera dextra sumpturus vindice poenas;
   Ante alias res est perniciosa furor.

682. De Irae Causis

Non bonus ob causas pueriles concipit iram;
   Ob causas iram concipit ille graves.

683. Ira Brevis Furor

Sit brevis ira licet, non expedit esse furorem;
   At, quoniam furor est, expedit esse brevem.

684. Primum Irae Blandire

Si pertransire vis ante canem, canis irae
Primum blandire quo possis tutius ire.

676. Achilles Bocchius (1488-1562), in Nihus (1642).

fido, fidere: trust in, be confident in
invideo, invidere: envy, be jealous

677. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

caligo (caliginis*, f.*): mist, fog, darkness
densus, -a, -um: thick, dense, solid

678. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

fretum (freti*, n.*): sea, strait
nimbosus, -a, -um: full of clouds, cloudy

679. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

extemplo: immediately, quickly
responsum (responsi*, n.*): answer, reply

680. Jakob Bornitz (c.1560-1625), *Symbola et Emblemata* 41.

minae (minarum*, f.* pl.): threats
minax (minacis): threatening, menacing

681. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 1.36.

perniciosus, -a, -um: dangerous, destructive
vindex (vindicis*, m.*): defender, avenger, protector

682. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

concipio, concipere: conceive, foster
puerilis, -e (puerilis): boyish, childish

683. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 5.89.

expedio, expedire: be expedient
licet: although, granted that

684. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1255.

blandior, blandiri: flatter, coax
pertranseo, pertransire: pass through, pass by

685. Patientiam Adhibe

Omnes humanos vincit patientia casus;
Hanc adhibe: cunctis est medicina malis.

686. Patientia

Tristia qui pateris, perfer; sors tristia solvet:
Quod si non faciat sors, tibi mors faciet.

687. Adversa Non Semper Fugienda

Non semper fugiens vincas adversa, sed ultro
Sis patiens; meritum grandius istud habet.

688. Maxima Virtus Patientia

Quem superare potes, interdum vince ferendo;
Maxima enim est hominum semper patientia virtus.

689. Tantum Quantum Possum

Subdo humeros oneri; tantum fero, sors mea quantum
Ferre potest: ultra nec volo, nec valeo.

690. Animus Magnus

Magno animo fortis perferre pericula suevit,
Ullo nec facile frangitur ille metu.

691. Arbor Non Uno Sternitur Ictu

Nitere in adversis: non uno sternitur ictu
Quae longo e dura tempore crevit humo.

692. Ad Magna Praemia Magno Labore

Non nisi per magnos ad praemia magna labores
Itur, at ignavis nulla corona datur.

693. Difficilis Gloriae Custodia

Gloria difficili et longo sudore paratur,
Maximus inventam sed retinere labor.

685. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

medicina (medicinae*, f.*): medicine, remedy
patientia (patientiae*, f.*): endurance, patience

686. Thomas More (1478-1535)*, Epigrammata.*

patientia (patientiae*, f.*): endurance, patience
perfero, perferre: carry through, bear till the end

687. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus.*

grandis, -e (grandis): great, large, grand
ultro: beyond, farther, further

688. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.38.

interdum: sometimes, now and then
patientia (patientiae*, f.*): endurance, patience

689. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 4.39.

humerus (humeri*, m.*): shoulder, upper arm
subdo, subdere: place under, subject, subdue

690. Joachim Camerarius (1534-1598)*, Symbola,* 3.19.

perfero, perferre: carry through, bear till the end
suesco, suescere, suevi: become accustomed

691. Gabriel Rollenhagen (1583-1619)*, Nucleus,* 29.

nitor, niti: press, struggle, strive
sterno, sternere: lay out, lay low

692. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487)*, Disticha.*

corona (coronae*, f.*): garland, wreath, crown
ignavus, -a, -um: lazy, idle, useless

693. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 2.83.

custodia (custodiae*, f.*): protection, defense, custody
sudor (sudoris*, m.*): sweat

694. Dii Laboribus Omnia Vendunt

Fertur ab antiquo sudoribus omnia vendi;
  Ergo res rerum maxima sudor erit.

695. Praemia Labore Digna

Artis origo labor, quem qui non ferre recusat,
  Praemia fert tandem digna labore suo.

696. Labore et Constantia

Omnia perficies constante labore, nec ullum
  Difficile est illi, qui bene pergit, opus.

697. Nulla Dies Sine Linea

Nulla dies abeat, quin linea ducta sit; usus
  Solus erit, magnos qui facit artifices.

698. Vires Viribus Adde

Ceu duri maneant in sera aetate labores,
  Nunc vires iuvenis viribus adde novas.

699. Pii Labor Est Oratio

Aeterno labor est oratio grata parenti;
  Orat bis, constans munia quisquis agit.

700. Ut Servemur, Surgamus

Ut capiat pisces, piscator nocte laborat;
  Ut seipsum servet, surgere nemo paret?

701. Labor et Quies

Si tibi grata quies, iuvenis ne parce labori;
Dux ad honoratam est homini labor ipse quietem.

702. Homo Non Requiescit

Per mare, per terras it, per discrimina semper
  It, redit huc illuc, nec requiescit homo.

694. A.F. Van Vlaenderen, *Epigrammata* (1666), 81.

sudor (sudoris, *m.*): sweat
vendo, vendere: sell

695. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

origo (originis, *f.*): beginning, source, origin
recuso, recusare: reject, refuse, object

696. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Emblemata,* 9.

constantia (constantiae, *f.*): steadiness, constancy
perficio, perficere: bring to a conclusion, accomplish

697. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Emblemata,* 24.

artifex (artificis, *m.*): artist, master, maker
linea (lineae, *f.*): line

698. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

ceu: as, like, just as
serus, -a, -um: late, slow

699. Ioh. Lauterbachius (1531-1598), in Nihus (1642).

bis: twice
munium (munii, *n.*): duty, function

700. Joachim Camerarius (1534-1598), *Symbola,* 4.31.

piscator (piscatoris, *m.*): fisherman
piscis (piscis, *m.*): fish

701. Marcus Antonius Muretus (1526-1585), *Juvenilia.*

honoratus, -a, -um: respected, honored
quies (quietis, *f.*): calm, rest, quiet

702. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

discrimen (discriminis, *n.*): division, crisis, danger
requiesco, requiescere: rest, settle down

703. Ter Pulsare Licet

Ter pulsare licet: si non aperitur, abito;
Vel sum, vel non sum, nolo vel esse domi.

704. In Luce Labor, In Nocte Quies

Conveniens studiis non est nox; commoda lux est:
Luce labor bonus est et bona nocte quies.

705. Nocte Tibi Quiescendum

Nocte feras prudens docuit natura vagari:
Nocte mali currunt; nocte quiesce, puer.

706. De Brevi Tempore

Si mora nulla datur vitae labentibus horis,
Cur ita tam longo turba sopore iacet?

707. In Pigrum

Quod piger in somno est sibi visus currere Marcus,
Somnum odit, rursus currere ne incipiat.

708. Somnia

Somnia ne cures, nam mens humana, quod optat
Dum vigilans sperat, per somnum cernit id ipsum.

709. Corpus Infirmum

Quid res ampla iuvat, quid mens exculta, quid aevum
Longius, infirmum si tibi corpus erit?

710. Dives Aeger

Cum fueris locuples, corpus curare memento:
Aeger dives habet nummos; se non habet ipsum.

711. Ut Valeas

Fortius ut valeas, interdum parcior esto;
Pauca voluptati debentur, plura saluti.

703. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

pulso, pulsare: knock, beat
ter: three times

704. Iohannes Christenius (1599-1672), in Nihus (1642).

commodus, -a, -um: suitable, proper, convenient
quies (quietis, *f.*): calm, rest, quiet

705. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 101.

prudens (prudentis): wise, having foresight
vagor, vagari: wander, roam

706. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

labor, labi: slip, glide, fall
sopor (soporis, *m.*): deep sleep

707. Raimondo Cunich (1784), *Anthologia Graecorum.*

Marcus (Marci, *m.*): Marcus, Mark
piger, pigra, pigrum: lazy, slow, dull

708. *The Distichs of Cato* (4th century), 2.31.

somnium (somnii, *n.*): dream, daydream
vigilo, vigilare: be awake, be on guard

709. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

excultus, -a, -um: cultivated, perfected
infirmus , -a, -um: not strong, weak, feeble

710. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.5.

locuples (locupletis): wealthy
nummus (nummi, *m.*): coin, cash, money

711. *The Distichs of Cato* (4th century), 2.28.

interdum: sometimes, now and then
parcus, -a, -um: sparing, frugal; *adv.* parce

712. Cura Salutis

Sit tibi praecipue, quod primum est, cura salutis;
Tempora nec culpes, cum sis tibi causa doloris.

713. Febris Una, Medici Multi

Numquam, crede mihi, a morbo curabitur aeger,
   Si multis medicis creditur una febris.

714. Morbus

Tarda equitans abit ipse gravis testudine morbus,
   Qui venit celeri nave, superbo et equo.

715. Medico Omnia Promittuntur

Maximis in morbis medico promittitur orbis,
Sed volat ex mente medicus, morbo egrediente.

716. Si Deus Voluerit

Si deus ille volet, qui vitam dat mihi, vita
   Quo se sustentet, sat mihi panis erit.

717. Pocula Parce Sume

Nil quidquam ratione homini praestantius; illam
   Pocula, ni parce sumpseris, eripiunt.

718. Ut Bonus Videaris

Vis doctus, vis, Crispe, bonus sapiensque videri?
   Fac docte atque bene, fac sapienter agas.

719. Ut Sapiens Sis

Si fore vis sapiens, serva sex quae tibi mando:
Quid dicas et ubi de quo, cur, quomodo, quando.

720. Deus Partem Utramque Spectans

Quod sequitur specta, quodque imminet ante videto;
Illum imitare deum, partem qui spectat utramque.

712. *The Distichs of Cato* (4th century), 2.30.

culpo, culpare: blame, find fault with
praecipue: especially, in particular

713. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).

febris (febris, *f.*): fever
medicus (medici, *m.*): physician, doctor

714. Jean Girard (1518-1586), *Stichostratia*, 1.94.

equito, equitare: ride on horseback
testudo (testudinis, *f.*): tortoise, turtle

715. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 623.

medicus (medici, *m.*): physician
volo, volare: fly

716. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Emblemata,* 97.

panis (panis, *m.*): bread, food
sustento, sustentare: support, sustain

717. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

parcus, -a, -um: sparing, frugal; *adv.* parce
poculum (poculi, *n.*): drinking cup

718. Jean Girard (1518-1586), *Stichostratia*, 1.21.

Crispus (Crispi, *m.*): Crispus
sapienter: wisely, intelligently

719. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

mando, mandare: entrust, deliver
sex: six

720. *The Distichs of Cato* (4th century), 2.27.

imitor, imitari: imitate, copy, mimic
immineo, imminere: be near at hand, threaten

721. Sapientia Socratica

Omnia me, dum iunior essem, scire putabam;
   Quo scio plus, hoc me nunc scio scire minus.

722. Moribus Mutandis

Clemens et constans, ut res expostulat, esto;
Temporibus mores sapiens sine crimine mutat.

723. Fac Sapias

Cum tibi praevalidae fuerint in corpore vires,
Fac sapias: sic tu poteris vir fortis haberi.

724. Ad Paulum

Desipere est hosti non posse et velle nocere;
   Si potes et non vis, Paule, nocere, sapis.

725. Homo Sapiens

Omnis homo sapiens undas formidat et ignem;
   Haec qui non metuit, insipienter agit.

726. Omnia Nil

Omnia sunt risus, sunt pulvis, et omnia nil sunt;
   Res hominum cunctae nam ratione carent.

727. Noli Altum Sapere

Noli altum sapere et plus quam mortalia fas est
   Pectora, nam sapere non nimium sapere est.

728. Natura Magistra

Quidquid agis, tibi naturam propone magistram;
   Hanc sequere, hanc cura, gnarus ut assimiles.

729. Natura Provida

Natura ingenuit rationem provida nobis;
   Naturam ratio nos iubet ergo sequi.

721. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 6.39.

iunior (iunioris): younger, junior
Socraticus, -a, -um: belonging to Socrates, Socratic

722. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.7.

clemens (clementis): gentle, indulgent, merciful
expostulo, expostulare: demand, require

723. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.12.

praevalidus, -a, -um: very strong
sapio, sapere: savor, be wise, understand

724. Nicolaus Reusnerus (1545-1602), in Nihus (1642).

desipio, desipere: be foolish, play the fool
sapio, sapere: savor, be wise, understand

725. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).

formido, formidare: fear, dread
insipienter: foolishly, unwisely

726. Iohannes Secundus (1511-1536), in Nihus (1642).

pulvis (pulveris, *m.*): dust
risus (risus, *m.*): laughter

727. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Emblemata,* 13.

fas: divine command, that which is allowed
sapio, sapere: savor, be wise, understand

728. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

assimilo, assimilare: make similar, imitate
gnarus, -a, -um: knowledgeable, skilled, expert

729. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.73.

ingigno, ingignere, ingenui: implant, engender
providus, -a, -um: provident, with forethought

730. Ad Quendam Libros Habentem

Quod multos habeas libros, vis doctus haberi;
Sic etiam est doctus bibliopola, sapis?

731. Conviva Gratus

Qui multos populos, multas inspexit et urbes,
Inter convivas hic mihi gratus erit.

732. Sapiens

Fata regunt fatuos; sapiens dominabitur astris:
Non fatum, at fato se regit ipse suo.

733. Aurum Croesi Sapiens Superat

Si fueris sapiens, Croesi superaveris aurum,
Nam sapiens nullo tempore vivit inops.

734. Philosophus Naturalis

Felix cui nota est naturae causa latentis,
At sua qui noscat pectora, rarus adest.

735. Astra et Animus

Quid iuvat astrorum certos inquirere motus,
Ni motus animi noveris ante tui?

736. Qui Secum Vivere Potest

Saepe hominum coetus fugiat, qui taedia non vult
Longa pati, secum vivere quique potest.

737. Similis Sui

Turpis adulator formas se vertit in omnes,
At verax similis mens manet usque sui.

738. Ad Ponticum

Vestem saepe novam quam te delectat habere!
Non vestem, at vitam, Pontice, sume novam.

730. John Dunbar (c.1585-1626), *Epigrammata,* C5.60.

bibliopola (bibliopolae, *m.*): bookseller
sapio, sapere: savor, be wise, understand

731. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

conviva (convivae, *c.*): table companion, fellow diner
inspicio, inspicere, inspexi: examine, inspect, look at

732. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.186.

dominor, dominari: master, rule over
fatuus, -a, -um: foolish, idiotic

733. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

Croesus (Croesi, *m.*): Croesus, king of Lydia
inops (inopis): needy, lacking, destitute

734. Pub. Faustus Andrelinus (c.1460-1518), *Hecatodistichon.*

naturalis, -e (naturalis): natural, of nature
philosophus (philosophi, *m.*): philosopher

735. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

inquiro, inquirere: seek after, search for, inquire
motus (motus, *m.*): moving, motion, movement

736. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 186.

coetus (coetus, *m.*): gathering, crowd, society
taedium (taedii, *n.*): weariness, tedium

737. Joachim Camerarius (1534-1598), *Symbola,* 2.90.

adulator (adulatoris, *m.*): flatterer
verax (veracis): true, truthful

738. John Dunbar (c.1585-1626), *Epigrammata,* C1.26.

delecto, delectare: delight, charm
Ponticus (Pontici, *m.*): Ponticus

739. Et Tu Iuvenis Olim

Multorum cum facta senex et dicta rependis,
Fac tibi succurrant, iuvenis quae feceris ipse.

740. Minus Peccatis Subiectus

Quid sis, quid fueris, quid eris, semper mediteris;
Sic minus atque minus peccatis subiicieris.

741. Corpus et Anima

Ne corpus perimant, metuis de nocte latrones,
Nil metuens animae certa pericla tuae.

742. Ne Iterum

Si quis te obiurget, male cum quid feceris, illi
Gratiam habe et ne iterum queat obiurgare caveto.

743. Sibi Desipientes

Crimina qui cernunt aliorum nec sua cernunt,
Hi sapiunt aliis desipiuntque sibi.

744. Sine Labe

Aspiciat lucem, qui vult damnare tenebras;
Qui carpit mores, labe carere debet.

745. Pectus Vitiis Vacuum

Qui studet alterius pravos reprehendere mores
Hunc vitiis vacuum pectus habere decet.

746. Nemo Sine Crimine

Si vitam inspicias hominum, si denique mores,
Cum culpant alios, nemo sine crimine vivit.

747. Aliorum Dolores

Ut mala prudenter tua portes et sapienter,
Inspice maiores aliorum saepe dolores.

739. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.16.

rependo, rependere: weigh again, ponder, consider
succurro, succurrere: run to the aid of, help

740. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).

meditor, meditari: consider, ponder
subiicio, subiicere: throw under, make subject to

741. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

latro (latronis, *m.*): robber, thief
perimo, perimere: kill, destroy

742. Marcus Antonius Muretus (1526-1585), *Juvenilia.*

obiurgo, obiurgare: scold, reproach
queo, quire: be able, can

743. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.79.

desipio, desipere: be foolish, play the fool
sapio, sapere: savor, be wise, understand

744. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

carpo, carpere: pick, pluck, criticize
labes (labis, *f.*): spot, blemish, defect

745. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

pravus, -a, -um: vicious, perverse, bad
reprehendo, reprehendere: blame

746. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.5.

culpo, culpare: blame, find fault with
inspicio, inspicere: examine, inspect

747. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1411.

inspicio, inspicere: examine, inspect
prudenter: carefully, cautiously

748. Quisque Iugum Fert Suum

Nulla domus crucibus vacat; hic et ubique dolores,
Fertque suo proprium corpore quisque iugum.

749. Non Omnia Possumus Omnes

Urge quisque tuum; non omnia possumus omnes:
Tu mihi, ego tibi ero commodus, ille aliis.

750. Artes Hominum

Quisque suo Marte, sic quilibet utitur arte;
Quam sibi sors dedit, hac utitur omnis homo.

751. Non Omnibus Unum

Invenias quod quisque velit; non omnibus unum est
Quod placet: hic spinas colligit, ille rosas.

752. Gaudium Dulce

Dulcia non meruit, qui non gustavit amara,
Et qui non studuit, sunt illi gaudia rara.

753. Nulla Sine Linea Dies

Nulla dies abeat iusto fraudata labore;
Sit studii testis linea ducta tui.

754. Vertigo

Numquam vertigo sinit hunc consistere in alto,
Qui nondum didicit repere pressus humi.

755. Quamvis Amarum

Discere fit carum, quamvis primo sit amarum,
Et post fit suave, quod fuit ante grave.

756. Res Praedifficilis Facilis Fit

Disce, quod ignoras, ne perdas tempus et horas;
Res praedifficilis facilis fit cuique volenti.

748. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).

crux (crucis, *f.*): cross
ubique: anywhere, everywhere

749. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.69.

commodus, -a, -um: suitable, advantageous
urgeo, urgere: press, push, pursue

750. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).

Mars (Martis, *m.*): Mars, god of war, war
quilibet, quaelibet, quodlibet: whoever, anybody

751. Petronius (c.27-66), in Nihus (1642).

rosa (rosae, *f.*): rose
spina (spinae, *f.*): thorn, spine

752. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

amarus, -a, -um: bitter, pungent, harsh
gusto, gustare, gustavi: taste, enjoy, experience

753. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.3.

fraudatus, -a, -um: cheated, robbed
linea (lineae, *f.*): line

754. Melchior Sylvester Eckhard (1600-1650), *Epigrammata.*

repo, repere: creep, crawl
vertigo (vertiginis, *f.*): dizziness, vertigo

755. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 45.

amarus, -a, -um: bitter, pungent, harsh
suavis, -e (suavis): sweet, pleasant, charming

756. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 318.

ignoro, ignorare: not know, be ignorant
praedifficilis, -e (praedifficilis): very difficult

757. Disce Libens

Disce libens, et eris sapiens et honore foveris;
Quod fieri quaeris, disce libens, et eris.

758. Discere Multa

Disce libens; quid dulcius est quam discere multa?
Discentem comitantur opes, comitantur honores.

759. Aliquid Boni Addisce

Nulla dies sine fruge abeat, neque transeat hora
Quin aliquid possis addidicisse boni.

760. Otia Doctrinis Tradite

Tempus abit rapida, pueri, properantius unda;
Tradite doctrinis otia cuncta bonis.

761. E Libris Opes

Quid tibi de lusu superest, cum luseris? At quas
Legeris e libris, mens tibi servat opes.

762. Quod Facis, Fac Libenter

Rectum si quid agas, ut agas curato libenter;
Nil agis invitus, si bona multa facis.

763. Dum Tempus Habes

Disce, puer, dum tempus habes, aevo puerili,
Ne te nil didicisse fleas aetate senili.

764. Vivamus, Discamus

Vivamus puri quasi simus cras morituri;
Discamus veluti simus de tempore tuti.

765. Nulla Hora Sine Fructu

Surge, puer, vigila, canta, lege, disce vel ora;
Sic fac, ut nulla sine fructu transeat hora.

757. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 40.

foveo, fovere: foster, favor
libens (libentis): willing, glad

758. Marcus Antonius Muretus (1526-1585), *Juvenilia.*

comitor, comitari: accompany
libens (libentis): willing, glad

759. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

addisco, addiscere, addidici: learn
frux (frugis*, f.*): crops, fruits, produce

760. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

doctrina (doctrinae*, f.*): education, learning
rapidus, -a, -um: swift, rapid

761. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 194.

ludo, ludere, lusi: play, amuse yourself
lusus (lusus*, m.*): play, game, amusement

762. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus.*

invitus, -a, -um: unwilling, reluctant
libenter: freely, gladly, with pleasure

763. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 44.

puerilis, -e (puerilis): youthful, boyish
senilis, -e (senilis): old, elderly

764. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1465.

cras: tomorrow
purus, -a, -um: pure, clean

765. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1340.

canto, cantare: sing
vigilo, vigilare: be awake, be on guard

766. Lucerna Inimica

Apta parum studiis nox est; inimica lucerna
Noctis opus multis exitiale fuit.

767. Amarities

Dum puerorum aetas sibi tantum dulcia poscit,
Magnam incauta sibi quaerit amaritiem.

768. Verbum "Nescio"

Quaestio difficilis non tam proponitur ulla
Quam non per verbum "nescio" solvit iners.

769. In Pseudomedicum

Invento ex libro medicus qui creditur esse,
Fortunae, non is filius artis erat.

770. Ars

Naturae in gremio deus artes condidit, ut sit
Usque quod acquirat, quodque requirat homo.

771. Non Vi, Sed Studendo

Gutta cavat lapidem, non vi, sed saepe cadendo;
Sic homo fit doctus, non vi, sed saepe studendo.

772. Mores Alieni

Rectius ut vivas, alienos consule mores:
Exprime quae laudas; quae secus, illa fuge.

773. Bene Morati

Quid bene morati faciant, adverte, sciesque
A quibus abstineas, quae placiturus agas.

774. Labor Omnibus Unus

Doctus apum et studia et mores et iura revolvat,
Qui bene vult populis dicere iura suis.

766. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

exitialis, -e (exitialis): destructive, deadly
lucerna (lucernae*, f.*): oil lamp, light

767. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

amarities (amaritiei*, f.*): bitterness
incautus, -a, -um: heedless, reckless

768. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

iners (inertis): helpless, weak, incompetent
quaestio (quaestionis*, f.*): inquiry, question

769. Thomas Campion (1567-1620), *Epigrammata*, 1.92.

medicus (medici, *m.*): physician, doctor
pseudomedicus (pseudomedici, *m.*): fake doctor, quack

770. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 3.89.

gremium (gremii*, n.*): lap, bosom
requiro, requirere: search for, demand

771. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 482.

cavo, cavare: hollow out, carve
gutta (guttae*, f.*): drop, droplet

772. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 176.

exprimo, exprimere: express, copy
secus: otherwise, differently

773. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

abstineo, abstinere: keep away from, avoid
moratus, -a, -um: civilized, refined, kind

774. Joachim Camerarius (1534-1598)*, Symbola,* 3.90.

apis (apis*, f.*): bee
revolvo, revolvere: revolve, turn

775. Cum Bonis Vive

Te coniunge bonis moneo, et bona plurima disces;
   Cum pravis vivens, tu quoque pravus eris.

776. Senes Pueros Ducunt

Qui dux non malus est, comitem non reddit iniquum;
   Addiscunt pueri, quae cecinere senes.

777. Libros Gesta

Arma palam gestat sua miles amatque videri;
   At tua quos gestas sunt, puer, arma libri.

778. Lectio Repetita

Lectio, lecta semel, decies repetita, patebit;
Si decies repetas, decies repetita placebit.

779. Doctus Merito Dictus

Qui vigili studio sapientum scripta volutat,
   Hic dici doctus cur mereatur habet.

780. Omnia Perlege, Bona Selige

Omnia perlegito, sed quae sunt recta teneto,
   Verborumque dolis ne capiare cave.

781. Cordi, Non Chartae

Cordi, non chartae, credas, quae noveris arte,
Quod, si charta cadat, tecum sapientia vadat.

782. Fames Docta

Docta fames cogit caput invigilare labori,
   Quo ventrem inventae fructibus artis alat.

783. Doctrina

Scilicet est quovis doctrina potentior auro,
   Has ergo ingenii collige divitias.

775. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

coniungo, coniungere: join, connect, unite
pravus, -a, -um: vicious, perverse, bad

776. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

addisco, addiscere: learn
iniquus, -a, -um: unequal, unjust

777. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 204.

gesto, gestare: carry, bear, wear
palam: openly, plainly

778. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

decies: ten times
lectio (lectionis, *f.*): reading

779. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Nucleus,* 67.

vigil (vigilis): awake, on watch, alert
voluto, volutare: roll, revolve in the mind

780. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus.*

perlego, perlegere: read, read through
seligo, seligere: choose, cull, select

781. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 306.

charta (chartae, *f.*): paper, writing
vado, vadere: go, walk, depart

782. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 4.80.

invigilo, invigilare: stay awake, watch over
venter (ventris, *m.*): belly, stomach

783. Joachim Camerarius (1534-1598), *Symbola,* 4.28.

doctrina (doctrinae, *f.*): education, learning, instruction
quivis, quaevis, quidvis: anyone you please, whoever

784. Vir Doctus

Ignaris tantum vir doctus praestat honore,
Quantum atris praestat candida lux tenebris.

785. Purpura Doctos Non Facit

Saepe vides doctum vili sub veste latere;
Purpura non doctos efficit ulla viros.

786. Aliis Veri Aperire Vias

Notitias pulchrum est rerum acquisisse novarum;
Pulchrum etiam est aliis veri aperire vias.

787. Doctrina in Ore Clausa

Non minus hic peccat qui censum condit in agro,
Quam qui doctrinam claudit in ore suam.

788. Sapientia et Caritas

Ut caritas dando, sic fit sapientia maior:
Clausa minor nobis; largius ergo dabis.

789. Facienda et Fugienda

Quid iuvat innumeros scire atque evolvere casus,
Si facienda fugis, si fugienda facis?

790. De Seipso

Nil ego doctoris titulos aut nomina curo;
Sit doctor qui vult, sim modo doctus ego.

791. Ne Simus Loquaces

Vis sapiens dici? Raro et meditata loquare;
Saepe loquax verbis proditur ipse suis.

792. Contra Verbosos

Contra verbosos noli contendere verbis;
Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis.

784. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

ater, atra, atrum: dark, black, gloomy
ignarus, -a, -um: ignorant, senseless, stupid

785. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

purpura (purpurae, *f.*): purple, purple cloth
vilis, -e (vilis): worthless, cheap, common

786. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

acquiro, acquirere, acquisivi: acquire, obtain
notitia (notitiae, *f.*): knowledge, notice, fame

787. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

census (census, *m.*): registration, property, wealth
doctrina (doctrinae, *f.*): education, learning, instruction

788. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

caritas (caritatis, *f.*): love, charity
large: abundantly; *comp. adv.* largius

789. Anonymous, in Nihus (1642).

evolvo, evolvere: roll out, unfold, read
innumerus, -a, -um: countless, without number

790. John Dunbar (c.1585-1626), *Epigrammata,* C1.92.

doctor (doctoris, *m.*): doctor, teacher, instructor
titulus (tituli, *m.*): title, label, claim to fame

791. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

loquax (loquacis): talkative, chattering
meditatus, -a, -um: considered, pondered

792. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.10.

contendo, contendere: contend, compete
verbosus, -a, -um: full of words, verbose

793. Vir Facundus, Ager Fecundus

Facundus non est, qui multa, at qui bene dicit,
Ut nec fecundus, qui mala gignit, ager.

794. Vocis Mensurae Tres

Vox tua mensuris desiderat e tribus unam:
Lata satis, nimium longa, profunda parum.

795. Audias Multa, Loquare Parum

Si cupis in placida vitam traducere pace,
Auribus accipias multa, loquare parum.

796. Meditata Loquare

Pauca diuque, puer, meditata loquare; loquenti
Quod semel exciderit, non revocare licet.

797. Qui Tacere Scit

Multa loqui scite est equidem laus magna, sed illa
Maiorem, qui scit multa tacere, refert.

798. Taciturnior

O decus eximium mentis sapientis, et apto
Nosse tacere suo et tempore nosse loqui.

799. Usque Loqui

Desipit, in coetu si quis solet usque tacere;
Desipit ille magis, qui solet usque loqui.

800. Multos Locutos Esse Paenituit

Sunt multi, quos paenituit persaepe locutos;
Nemo, paenituit quem tacuisse, fuit.

801. Referenda et Tacenda

Est in eo cautae sapiens prudentia mentis,
Qui referenda refert atque tacenda tacet.

793. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.112.

facundus, -a, -um: eloquent, fluent
fecundus, -a, -um: fertile, abundant

794. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 4.10.

mensura (mensurae, *f.*): measure, proportion
profundus, -a, -um: deep, profound, vast

795. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

placidus, -a, -um: quiet, calm, gentle
traduco, traducere: lead, conduct

796. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 179.

excido, excidere, excidi: fall out, escape
meditatus, -a, -um: considered, pondered

797. François Oudin (1673-1752), *Silva Distichorum*, 180.

equidem: indeed, certainly
scite: expertly, knowledgeably

798. Joachim Camerarius (1534-1598), *Symbola,* 3.71.

eximius, -a, -um: select, excellent
taciturnus, -a, -um: not talkative, silent

799. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

coetus (coetus, *m.*): gathering, crowd, society
desipio, desipere: be foolish, play the fool

800. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

paeniteo, paenitere, paenitui: displease, make sorry
persaepe: very often

801. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

cautus, -a, -um: cautious, careful, wary
prudentia (prudentiae, *f.*): foresight, wisdom

802. Et Celat et Indicat

Prospicito tecum tacitus quid quisque loquatur;
Sermo hominum mores et celat et indicat idem.

803. Nolito Silere

Quod factum scis non recte, nolito silere,
Ne videare malos imitari velle tacendo.

804. Lingua Res Optima et Pessima

Et necis et vitae in lingua sedet ipsa potestas:
Res bona lingua bona est; res mala lingua mala.

805. Quod Dices Aliis, Tibi Dicetur

Quae dices aliis, tibi iam responsa remitti
Expectes; capies qualia dona dabis.

806. De Viva Voce et Scriptis

Sit verbum vox viva licet, vox mortua scriptum,
Scripta diu vivunt, non ita verba diu.

807. Non Absque Dolore

Dives divitias non congregat absque labore,
Non tenet absque metu, non deserit absque dolore.

808. Post Obitum Nil Feres

Etsi divitias omnes, si regna teneres,
Post obitum secum nil tua dextra feret.

809. Opes Peripateticae

Hic habet, ille habuit; quod habet, post alter habebit:
Sic variant homines; sic variantur opes.

810. Dulcia Quae Nocent

Mella, cibus dulcis, sunt saepe nocentia multis;
Divitiae dulces pluribus, Alle, graves.

802. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.20.

celo, celare: hide, conceal, keep secret
prospicio, prospicere: look ahead, watch out for

803. *The Distichs of Cato* (4th century), 3.15.

imitor, imitari: imitate, copy, mimic
sileo, silere: be silent, not speak

804. Petrus Lindebergius (1562-1596), in Nihus (1642).

nex (necis, *f.*): death, murder
pessimus, -a, -um: worst

805. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

remitto, remittere: send back, return
responsum (responsi, *n.*): answer, reply

806. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.208.

licet: although, granted that
vivus, -a, -um: living, alive

807. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 106.

absque: without, apart from, away from
congrego, congregare: collect, assemble

808. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

etsi: even if, although
obitus (obitus, *m.*): going down, downfall, death

809. Ioh. Leonardus Weidnerus (1588-1655), in Nihus (1642).

peripateticus, -a, -um: walking around, peripatetic
vario, variare: change, vary, fluctuate

810. Godfrey of Winchester (c.1050-1107), *Epigrammata,* 79.

Allus (Alli, *m.*): Allus
mel (mellis, *n.*): honey

811. Mores Peiores

Mutantur mores, quando cumulantur honores;
  Peiores fieri saepius inde solent.

812. Pecuniae Talenta

Si genus et formam regina pecunia donet,
  Nobilis et pulcher corpore dives erit.

813. Munerum Virtus Magnetica

Est in muneribus plus quam magnetica virtus,
  Ferrum namque trahunt duraque saxa movent.

814. Pecuniae Oboediunt Omnia

Auro templa, forum, mens, corpus et omnia parent:
  Nuda nihil coram iudice iura valent.

815. Cum Iove, Nummus

Iuppiter in caelis, nummus regit omnia terris;
  Divisum imperium cum Iove nummus habet.

816. Quod Pauperes Habent

Hic mos est genti: panis praebetur habenti;
  Pauperibus crebro sumitur id quod habent.

817. Dives et Pauper

Dum dives loquitur, verbum Salomonis habetur;
Dum pauper loquitur, stupidissimus esse videtur.

818. Ad Ponticum

Pauper es? Haud facile est fieri tibi, Pontice, ditem.
  Dives es? Ex facile ditior esse potes.

819. Hoc Tibi Gratulor

Non quod sis dives tibi gratulor, at quod egentes
  Divitiis valeas ipse iuvare tuis.

811. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

cumulo, cumulare: heap up, accumulate
peior, peius (peioris): worse

812. A.F. Van Vlaenderen, *Epigrammata* (1666), 211.

regina (reginae, *f.*): queen
talentum (talenti, *n.*): sum of money, weight; talent

813. Melchior Sylvester Eckhard (1600-1650), *Epigrammata.*

magneticus, -a, -um: magnetic
namque: for indeed, truly

814. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.25.

coram: in the presence of
oboedio, oboedire: listen to, obey

815. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

Iuppiter (Iovis, *m.*): Jupiter
nummus (nummi, *m.*): coin, cash, money

816. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

crebo: frequently, repeatedly
panis (panis, *m.*): bread, food

817. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

Salomon (Salomonis, *m.*): Solomon, the wise king
stupidus, -a, -um: senseless, foolish, stupid

818. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.58.

dis (ditis): rich, wealthy, sumptuous
Ponticus (Pontici, *m.*): Ponticus

819. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

egeo, egere: lack, be without, need
gratulor, gratulari: congratulate

820. Dives et Lazarus

Est in Evangelio, verum sine nomine, dives,
Pauper ubi aeternum, Lazare, nomen habes.

821. In Felicem

Dives eras dum vivus eras, pauperrime felix;
In Lazari malles mortuus esse loco.

822. Ditat Deus

Nemo tam pauper, rerum tam nullus egenus,
Quin cito ditetur, si velit ipse deus.

823. Inter Opes

Paupertatis opes inter meminisse memento;
Praemeditatus enim mollior ictus adest.

824. Pauper Egens, Non Carens

Pauper homo est auri cupidus, non qui caret auro;
Qui scit nil cupere et vivere, dives homo est.

825. Sorte Sua Contentus

Dives is et locuples satis est, qui vivere novit
Contentus sortis conditione suae.

826. Cara Nocitura Relinque

Quae nocitura tenes, quamvis sint cara, relinque;
Utilitas opibus praeponi tempore debet.

827. Omnia Tua Tecum Porta

Instructum virtute animum ingeniique vigorem
Fer tecum, et tutas dives habebis opes.

828. Libertas Caeleste Bonum

Non bene pro toto libertas venditur auro;
Hoc caeleste bonum praeterit orbis opes.

820. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.18.

evangelium (evangelii, *n.*): gospel, good news
Lazarus (Lazari, *m.*): Lazarus, a poor man

821. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 7.43.

Lazarus (Lazari, *m.*): Lazarus, a poor man
vivus, -a, -um: living, alive

822. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

dito, ditare: make rich, enrich
egenus, -a, -um: destitute, impoverished

823. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus.*

paupertas (paupertatis, *f.*): poverty, need
praemeditatus: considered in advance, anticipated

824. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago,* 1.28.

cupidus, -a, -um: desirous, greedy, eager
egeo, egere: lack, be without, need

825. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

conditio (conditionis, *f.*): terms, contract, situation
locuples (locupletis): wealthy

826. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.6.

praepono, praeponere: place in front, prefer
utilitas (utilitatis, *f.*): usefulness, advantage

827. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago,* 5.88.

instructus, -a, -um: furnished, equipped with
vigor (vigoris, *m.*): force, vigor, liveliness

828. *Anonymus Neveleti* (12th century), 54.

praetereo, praeterire: pass, go by
vendo, vendere: sell

829. Usus Moderatus

Utere divitiis, prudenter at utere partis;
Non malus est usus, si moderatus, opum.

830. Nummis Frui

Magna quidem virtus nummis est posse potiri;
Scire uti maior, maxima velle frui.

831. Avari Nomen

Utere quaesitis opibus; fuge nomen avari:
Quid tibi divitiae, si semper pauper abundes?

832. Cupido Immodica

Immodica ductus quicumque cupidine habendi,
Perpetuo premitur divite pauperie.

833. Si Vis Dives Fieri

Est quicumque cupit congesto pauper in auro;
Vis dives fieri, Pontice? Nil cupias.

834. Quid Cumulas Aurum?

Quid cumulas aurum? Solum conceditur usus;
Tempora labuntur, dum cumulantur opes.

835. Satis Relicturo

Qui Stygias tecum nihil hinc portabis ad undas,
Quo frustra miseras quaeris avarus opes?

836. Divitiae Male Partae

Cur tibi divitias cumulas? Cui congeris aurum?
Hostibus an nescis haec cumulare tuis?

837. Qui Dat, Commendatur

Danti saepe datur, nil danti saepe negatur;
Dans commendatur, sed nil dans vituperatur.

829. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

moderatus, -a, -um: limited, bounded, moderated
prudenter: wisely, cautiously, carefully

830. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 10.88.

nummus (nummi, *m.*): coin, cash, money
potior, potiri: get possession of, become master of

831. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.16.

abundo, abundare: abound in, be rich, exceed
avarus, -a, -um: greedy, stingy; miser

832. Melchior Sylvester Eckhard (1600-1650), *Epigrammata.*

immodicus, -a, -um: excessive, immoderate
pauperies (pauperiei, *f.*): poverty

833. Hieronymus Balbus (c.1450-c.1535), in Nihus (1642).

congestus, -a, -um: collected, piled up
Ponticus (Pontici, *m.*): Ponticus

834. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

cumulo, cumulare: heap up, accumulate
labor, labi: slip, glide, fall

835. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 1.17.

avarus, -a, -um: greedy, stingy; miser
Stygius, -a, -um: Stygian, belonging to the river Styx

836. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

congero, congere: collect, amass, pile up
cumulo, cumulare: heap up, accumulate

837. *Proverbia Sententiaeque* (ed. Walther), 4953.

commendo, commendare: entrust, commend
vitupero, vituperare: blame, disparage, find fault

838. De Prodigo et Avaro

Prodigus omnis homo miser est; miser omnis avarus:
Istius miseri filius ille miser.

839. In Philargum

Cur nummos tantum fertur coluisse Philargus?
Hic numen nummum credidit esse suum.

840. In Avarum

Omnia dum nimium servas, miser, omnia perdis,
Nec tua sunt, toties quae tua, Paule, vocas.

841. In Ponticum

Nil mihi das; donabis ais post funera. Quare
Non moreris? Bis dat, Pontice, qui cito dat.

842. Ad Avarum

Rem peragit iuste, sed solam, quisquis avare
Vixit quando perit; nunc age, Tulle, peri.

843. Divitiae Gaudia Numquam Dant

Ante dabunt silvae rhombos atque aequor turdos,
Quam dent vera tibi gaudia divitiae.

844. Aequalia Bellum Non Pariunt

Si scirent homines primaevae aequalia sortis
Principia, haud quicquam bella timenda forent.

845. Turbato Flumine

Turbato anguillae capiuntur flumine; sic res
Turbare in patria seditiosus amat.

846. Vivere Pro Patria

Pro patria sit dulce mori licet atque decorum,
Vivere pro patria dulcius esse puto.

838. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 8.37.

avarus, -a, -um: greedy, stingy; miser
prodigus, -a, -um: wasteful, lavish, prodigal

839. John Dunbar (c.1585-1626), *Epigrammata,* C3.21.

nummus (nummi, *m.*): coin, cash, money
Philargus (Philargi, *m.*): Philargus

840. Thomas Campion (1567-1620), *Epigrammata,* 2.97.

avarus, -a, -um: greedy, stingy; miser
toties: so many times, as often as

841. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 8.71.

bis: twice
Ponticus (Pontici, *m.*): Ponticus

842. Henry of Huntingdon (c.1088-c.1154), *Historiae*, 12.

perago, peragere: finish, accomplish
Tullus (Tulli, *m.*): Tullus

843. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

rhombus (rhombi, *m.*): turbot (fish)
turdus (turdi, *m.*): thrush (bird)

844. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.83.

aequalis, -e (aequalis): equal
primaevus, -a, -um: youthful, primordial

845. Joachim Camerarius (1534-1598), *Symbola,* 4.45.

anguilla (anguillae, *f.*): eel
seditiosus, -a, -um: turbulent, rebellious

846. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 1.48.

decorus, -a, -um: beautiful, noble
licet: although, granted that

847. Princeps Multis Consulendo

Exue privatam, rex, communem accipe curam;
Trux nulli, cunctis utilis esse stude.

848. Malus Potentiae Custos Metus

Quam metuunt multi, non est diuturna potestas,
Nam quod quisque timet, perdere quisque cupit.

849. Ubi Terror, Ibi Timor

Qui terret multos, multos sibi subiicit ille,
Multorumque idem vimque dolosque timet.

850. Sisyphium Pondus

Si scires quanti plenum diadema pericli est,
Malles Sisyphii ponderis esse reus.

851. Rerum Clementia Custos

Si fueris clemens, hostem sine sanguine vinces;
Crudelis, nullo milite tutus eris.

852. De Principe Bono et Malo

Quid bonus est princeps? Canis est custos gregis, inde
Qui fugat ore lupos. Quid malus? Ipse lupus.

853. Principes Dant Cui Favent

Divitiae regum non his, qui magna merentur,
Contingunt, sed quos aura favoris agit.

854. Curia

Quam bene conveniens sortita est curia nomen:
A gravibus curis curia dicta venit.

855. Pastorum Vota

Si quaecumque placent cunctis ad vota venirent,
Pastores gererent regia sceptra manu.

847. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 2.21.

exuo, exuere: undress, cast off
trux (trucis): wild, fierce, savage

848. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 2.84.

diuturnus, -a, -um: long-lasting
potentia (potentiae, *f.*): power, authority

849. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 1.67.

subiicio, subiicere: throw under, make subject to
terror (terroris, *m.*): terror, fear, panic

850. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

diadema (diadematis, *f.*): diadem, crown
Sisyphius, -a, -um: Sisyphean, belonging to Sisyphus

851. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 4.29.

clemens (clementis): gentle, indulgent, merciful
crudelis, -e (crudelis): cruel, savage, heartless

852. Thomas More (1478-1535), *Epigrammata.*

grex (gregis, *m.*): flock, herd
lupus (lupi, *m.*): wolf

853. Johann Glandorp (1501-1564), *Disticha,* 56.

faveo, favere: support, show favor
favor (favoris, *m.*): goodwill, favor

854. Pub. Faustus Andrelinus (c.1460-1518), *Hecatodistichon.*

curia (curiae, *f.*): senate-house, curia, court
sortior, sortiri, sortitus: draw lots, award by lot

855. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

pastor (pastoris, *m.*): shepherd
sceptrum (sceptri, *n.*): sceptre

856. Qui Mores Varios et Urbes Perspexit

Qui varios hominum mores perspexit et urbes,
Moribus ornatus in patriam ille redit.

857. Peregrinari

Mox peregrinari iuvenum est, et cura virorum;
Turpe puta numquam linquere tecta patris.

858. Mundi Viae

Quisquis amas mundum, tibi prospice qua fit eundum;
Haec via qua vadis, undique plena malis.

859. Domus Optima

Vive domi, tibi vive; sua est domus optima: tergo
Cochlea ceu propriam fertque refertque domum.

860. Ubi Domus

Non temere statuenda domus; tibi dilige sedem,
Laetus ubi possis vivere et incolumis.

861. Rus Beatum

Cum fas, egrediens populosae e moenibus urbis,
Curas pone omnes, rura beata pete.

862. Homo Locum Ornat

Non locus exornat; locus exornatur ab arte:
Ornat homo arte locum, non locus ornat eum.

863. Mores Parentis

Saepe patris mores imitatur filius infans;
Qualis erat mater, filia talis erit.

864. De Veneratione Parentum

Qui cupis esse senex, caros venerare parentes;
Quae patri facies, filius illa tibi.

856. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

ornatus, -a, -um: equipped with, embellished
perspicio, perspicere, perspexi: examine, observe

857. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

linquo, linquere: leave, forsake, abandon
peregrinor, peregrinari: travel, go abroad

858. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

prospicio, prospicere: look ahead, watch out for
vado, vadere: go, walk, depart

859. Nicolaus Reusnerus (1545-1602), *Aureola Emblemata*, 57.

ceu: as, like, just as
cochlea (cochleae, *f.*): snail

860. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

incolumis, -e (incolumis): uninjured, safe
temere: recklessly, rashly

861. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

fas: divine command, that which is allowed
populosus, -a, -um: full of people, populous

862. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus.*

exorno, exornare: furnish with, adorn
orno, ornare: fit out, equip, embellish

863. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

imitor, imitari: imitate, copy, mimic
infans (infantis): without speech; an infant

864. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

veneratio (venerationis, *f.*): reverence, worship
veneror, venerari: honor, revere

865. Posteritati

Non mihi condo nemus, sed gratus posteritati
   Quod dederant atavi reddere constitui.

866. Hominum Concordia

Inter dissimiles voces concordia maior
   Quam similes; hominem vir mulierque facit.

867. Manus Manum Lavat

Sic bene conveniunt, caro cum coniuge coniunx,
   Cum manus una manum proluit alterius.

868. In Agro Uxores

Septima iam, Phileros, tibi conditur uxor in agro;
   Plus nulli, Phileros, quam tibi, reddit ager.

869. Homines Sunt

Cum servos fueris proprios mercatus in usus
Et famulos dicas, homines tamen esse memento.

870. Servi Consilium

Utile consilium dominus ne despice servi;
Si prodest, sensum nullius tempseris umquam.

871. Tuis Parce

Servorum culpa cum te dolor urget in iram,
Ipse tibi moderare, tuis ut parcere possis.

872. Qui Servit Iniquo

Se misere servire sciat, qui servit iniquo;
   Parcere subiectis nescit iniquus homo.

873. Ignorantia Humana

Vivere vix quid sit novi; mirum nihil ergo,
   Si quid sit nasci nescio, quidve mori.

865. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Nucleus,* 35.

atavus (atavi, *m.*): great-great-great-grandfather, ancestor
posteritas (posteritatis, *f.*): future time, posterity

866. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 2.195.

concordia (concordiae, *f.*): harmony, agreement
dissimilis, -e (dissimilis): unlike, dissimilar

867. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Emblemata,* 28.

lavo, lavare: wash, bathe
proluo, proluere: wash, wash up

868. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 10.43.

Phileros (*Greek name - m.*): Phileros
septimus, -a, -um: seventh

869. *The Distichs of Cato* (4th century), 4.44.

famulus (famuli, *m.*): house-slave, servant
mercor, mercari, mercatus: buy, purchase

870. *The Distichs of Cato* (4th century), 3.10.

despicio, despicere: look down on, despise
temno, temnere, tempsi: scorn, condemn

871. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.37.

moderor, moderari, moderatus: set boundaries, limit
urgeo, urgere: press, push, urge

872. *Anonymus Neveleti* (12th century), 27.

iniquus, -a, -um: unequal, unjust, unfair
subiectus, -a, -um: made subject to; subject

873. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.100.

ignorantia (ignorantiae, *f.*): ignorance
mirus, -a, -um: strange, amazing

874. Ex Terra in Terram

Nos documenta damus, qua simus origine nati;
Ex terra in terram vertitur omnis homo.

875. Homicidium

Unus homo per se ipse potest occidere mille;
Unum hominem possunt vix generare duo.

876. Vita Hominis

Vita hominis brevis est multoque repleta labore;
Cum natus subito est, inchoat ille mori.

877. Homo Superbiens

Unde superbit homo, cuius conceptio culpa,
Nasci poena, labor vita, necesse mori?

878. Vita et Mors

Nascimur ut tandem moriamur; adhuc morienti
Vita renascetur: quid piget ergo mori?

879. Ante Fores Ipsas Stat

Nescia mens hominum fati dum plurima fingit
Saecula, mors ipsas saepe stat ante fores.

880. Homo Humaniter Sentias

Qui superas alios, hominem quoque te esse memento
Semper, et ante oculos spicula mortis habe.

881. De Sepulcris

Ne pereat tua fama, struis tibi, Paulle, sepulcrum,
Tamquam non possint ipsa sepulcra mori.

882. Vitae Via Mortalis

Vita via est; farrago viae sunt cura dolorque
Et labor, at mors est ultima meta viae.

874. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

documentum (documenti, *n.*): lesson, proof
origo (originis, *f.*): beginning, source, origin

875. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 4.46.

genero, generare: create, procreate, produce
homicidium (homicidii, *n.*): manslaughter, murder

876. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

inchoo, inchoare: begin, enter upon
repletus, -a, -um: filled, refilled

877. Josephus Perez (1627-1694), *Hortulus Carminum.*

conceptio (conceptionis, *f.*): conception, pregnancy
superbio, superbire: boast, be proud, be disdainful

878. John Stradling (1563-1637), *Epigrammata,* 1.111.

piget, pigere: it pains, annoys
renascor, renasci: be revived, be born again

879. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).

foris (foris, *f.*): door, gate, entrance
nescius, -a, -um: ignorant, unaware

880. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 5.44.

humaniter: humanly, as a human being
spiculum (spiculi, *n.*): javelin, arrow, sting

881. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 1.57.

Paullus = Paulus (Pauli, *m.*): Paulus, Paul
struo, struere: arrange, build

882. Nicolaus Reusnerus (1545-1602), *Aureola Emblemata*, 123.

farrago (farraginis, *f.*): fodder, mash, mixture
meta (metae, *f.*): cone, goal

883. Vita Brevis, Mors Cita

Mortales quorsum vanos ambimus honores?
Vita brevis; rerum mors cita finis erit.

884. Cum Vita Recedit

Quicquid vita dedit, tollit, cum vita recedit,
Nec tecum tolles plenos rubigine folles.

885. Etiam in Risu Lacrima

Quam lacrimabilis est vita haec! Quam plena dolore!
Summo etiam in risu lacrima saepe cadit.

886. Fumus, Pulvis et Umbra

Quid iuvat argentum, quid in annos vivere centum?
Cum morimur, fumus, pulvis et umbra sumus.

887. Quid Copia Rerum?

Dic, homo, vas cinerum, quid confert flos facierum,
Copia quid rerum? Mors ultima linea rerum.

888. Sic Vita Velut Umbra

Vita brevis, velut umbra levis, sic annihilatur;
Sic vadit subitoque cadit, dum stare putatur.

889. Hora Volat

Prima fuit, praesens volat, ultima quando sonabit
Haec latet; imprudens ergo, caveto tibi.

890. Mortis Iter

Mortis calcat iter terrae cognatio tota;
Ipsa tamen calcata magis, minus est via nota.

891. In Mortis Diem Omnibus Incertum

Fleres, si scires unum tua tempora mensem;
Rides, cum non sit forsitan una dies.

883. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 5.83.

ambio, ambire: go around, solicit, seek
quorsum: to what place, to what purpose?

884. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).

follis (follis*, m.*): bag, purse
rubigo (rubiginis*, f.*): rust, mildew

885. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

lacrimabilis, -e (lacrimabilis): worthy of tears, lamentable
risus (risus*, m.*): laughter

886. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

fumus (fumi*, m.*): smoke, steam
pulvis (pulveris*, m.*): dust

887. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

linea (lineae*, f.*): line
vas (vasis*, n.*): vessel, dish, container

888. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1460.

annihilo, annihilare: annihilate
vado, vadere: go, walk, depart

889. *The Book of Sun-Dials* (ed. Gatty).

imprudens (imprudentis): foolish, reckless
volo, volare: fly

890. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 274.

calco, calcare, calcavi, calcatus: tread, trample
cognatio (cognationis*, f.*): family relation, affinity

891. Thomas More (1478-1535)*, Epigrammata.*

incertus, -a, -um: uncertain, unsure
mensis (mensis*, m.*): month

892. Moriendum Omnibus

Mors nulli parcit; iuxta rapit illa potentes
Ac inopes, iuvenes non minus atque senes.

893. Unus Post Alium

Fert hodierna mihi lux, fors tibi crastina fatum;
Unus post alium, tandem discedimus omnes.

894. Mors Furtum Non Facit

Omnia cum rapiat mors omnibus indiga, furtum
Non facit; a Domino iussa, suum repetit.

895. Finis, Non Pugna, Coronat

Fine bono vitam concludere gloria vera est;
Fini, non coeptis, digna corona datur.

896. Reprehendit Mori Timentem

Quod cito decedis, gemis; hac es lege creatus:
Nam tibi longa satis, quae bona vita fuit.

897. Mortis Varietas

Mors, vitanda malo, sancto invitanda, malorum
Ultimus est finis, vel sine fine malum.

898. Vita et Mors

Vita hominis nihil est nisi messis plena laborum;
Ergo quid est esse hic absque labore? Mori.

899. Introitus, Non Interitus

Ducet ad aeternam te mors brevis, ut via, vitam;
Ut mors interitus non sit, at introitus.

900. Per Mundum Eo

Hospes eram mundo, per mundum semper eundo;
Sic suprema dies fit mihi summa quies.

892. Johann Glandorp (1501-1564), *Disticha,* 78.

inops (inopis): needy, destitute
iuxta: close by, near

893. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Emblemata,* 50.

crastinus, -a, -um: of tomorrow, future
hodiernus, -a, -um: of today, today's

894. John Stradling (1563-1637), *Epigrammata,* 3.135.

furtum (furti, *n.*): theft, robbery
indigus, -a, -um: lacking, in need

895. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 4.58.

concludo, concludere: enclose, conclude
corona (coronae, *f.*): garland, wreath, crown

896. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

decedo, decedere: depart, depart this life
gemo, gemere: moan, groan, lament

897. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.42.

invito, invitare: invite, summon
varietas (varietatis, *f.*): difference, variety

898. John Stradling (1563-1637), *Epigrammata,* 2.108.

absque: without, apart from, away from
messis (messis, *f.*): harvest

899. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.77.

interitus (interitus, *m.*): death, destruction
introitus (introitus, *m.*): entrance

900. Anonymous, in Nihus (1642).

quies (quietis, *f.*): calm, rest, quiet
supremus, -a, -um: highest, greatest, last

901. Mors Contemnenda et Non Contemnenda

Non metuas mortem; non obliviscere mortis:
Dante deo levis est, absque deo gravis est.

902. Qui Vita Defuncti Sunt

Defunctos vita non defleo; defleo mortis
Iam iam venturae quos metus acer agit.

903. Sanctitas, Sanitas

Nemo diu, bene quisque potest, at vult bene nemo
Vivere. Visne diu vivere? Vive bene.

904. Oracula Solis

Si nescis, hospes, sunt hic oracula Phoebi;
Consule, respondent hoc tibi: disce mori.

905. Ut Vivamus

Mortuus ut vivas, vivus moriaris oportet;
Assuesce ergo, prius quam moriare, mori.

906. Exire Carcere

Cum sit plena mali vitae mortalis egestas,
Cur exire times carcere? Liber eris.

907. Vitae Messis

Quod sibi quisque serit praesentis tempore vitae,
Hoc sibi messis erit dum dicitur: Ite, venite!

908. Nostri Memores

Vos qui transitis, nostri memores rogo sitis:
Quod sumus, hoc eritis; fuimus quandoque quod estis.

909. Epitaphium Mauri

Corpus mente sua caret et mens corpore Mauri;
Maurus utroque caret: nil nisi nomen habet.

901. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 5.11.

absque: without, apart from, away from
obliviscor, oblivisci, oblitus: forget

902. Franciscus Bellicarius (1514-1591), in Nihus (1642).

defleo, deflere: lament, bewail, weep
defungor, defungi: have done with, quit, finish

903. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 7.23.

sanctitas (sanctitatis, *f.*): sacredness, holiness
sanitas (sanitatis, *f.*): health, soundness, sanity

904. *The Book of Sun-Dials* (ed. Gatty).

oraculum (oraculi, *n.*): oracle, divine pronouncement
Phoebus (Phoebi, *m.*): Phoebus Apollo, sun god, the sun

905. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.48.

assuesco, assuescere: become accustomed to
vivus, -a, -um: living, alive

906. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

carcer (carceris, *m.*): prison, jail
egestas (egestatis, *f.*): poverty, need

907. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 361.

messis (messis, *f.*): harvest
sero, serere: sow, plant

908. *Carmina Latina Epigraphica* (ed. Buecheler), 799.

memor (memoris): mindful of, remembering
quandoque: at some time or other, whenever

909. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 2.150.

epitaphium (epitaphii, *n.*): epitaph
Maurus (Mauri, *m.*): Maurus

910. Epitaphium Zotici

Zoticus hic nomen nudum vanumque reliquit;
In cineres corpus et in aethera vita soluta est.

911. In Ancillam Mortuam

Ante fuit solo Sosime corpore serva;
Nunc fato pars est haec quoque missa manu.

912. Epitaphium Servi Mortui

Hic servus, dum vixit, erat; nunc mortuus idem,
Non quam tu, Dari Magne, minora potest.

913. Epitaphium: Pax Placida

Morborum vitia et vitae mala maxima fugi:
Nunc careo poenis; pace fruor placida.

914. Sappho

Ossa quidem et nomen Saphhus habet urna: puella
Quae sapiens cecinit, carmina morte carent.

915. Dic Spartae

Dic, hospes, Spartae, nos te hic vidisse iacentes,
Dum sanctis patriae legibus obsequimur.

916. Alexander Magnus

Sufficit huic tumulus, cui non suffecerat orbis;
Res brevis huic ampla est, cui fuit ampla brevis.

917. Sit Tibi Terra Levis

Mater si possem, fili, vice morte subirem;
Nunc iacis hoc tumulo: sit tibi terra levis.

918. In Epitaphia a Se Collecta

Te moneant, quaeso, tot in uno funera libro,
Tempore quod certo tu quoque funus eris.

910. *Carmina Latina Epigraphica* (ed. Buecheler), 590.

epitaphium (epitaphii, *n.*): epitaph
Zoticus (Zotici, *m.*): Zoticus

911. Thomas More (1478-1535), *Epigrammata.*

ancilla (ancillae, *f.*): slave girl, maid
Sosime (*Greek name* - *f.*): Sosime

912. Thomas More (1478-1535), *Epigrammata.*

Darius (Darii, *m.*): Darius, king of Persia
epitaphium (epitaphii, *n.*): epitaph

913. *Carmina Latina Epigraphica* (ed. Buecheler), 1274.

epitaphium (epitaphii, *n.*): epitaph
placidus, -a, -um: quiet, calm, gentle

914. Raimondo Cunich (1784), *Anthologia Graecorum.*

Sappho (Sapphus, *f.*): Sappho, Greek poetess
urna (urnae, *f.*): urn, funeral urn

915. Anonymous, in Nihus (1642).

obsequor, obsequi: yield to, comply with
Sparta (Spartae, *f.*): Sparta

916. Anonymous, in Nihus (1642).

sufficio, sufficere, suffeci: be sufficient, be enough
tumulus (tumuli, *m.*): mound, hill, tomb

917. *Carmina Latina Epigraphica* (Buecheler), 1194 [iacis=iaces].

tumulus (tumuli, *m.*): mound, hill, tomb
vice: in turn, in exchange

918. Franciscus Sweertius, in Nihus (1642).

epitaphium (epitaphii, *n.*): epitaph
quaeso, quaesere: beg, beseech

919. Deus Cuncta Scrutatur

Crede mihi, acta deum numquam mortalia fallunt;
   Scrutatur renes cordaque cuncta deus.

920. Noli Sorte Perquirere

Quid deus intendat, noli perquirere sorte:
Quid statuat de te, sine te deliberat ille.

921. Non Casu Casus

Fortuitum in mundo nihil est; deus omne gubernat,
   Et quod fortuita vi cecidisse putas.

922. Mors Atra

Ah, homo si sciret, quando mors atra veniret,
Non sic dormiret, sed caeli regna sitiret.

923. Deo Dante

Dante deo, livor nihil efficit ullius hostis;
   Irritus et labor est, non bona dante deo.

924. Quomodo Mundus Erit?

Mundus non mundat; mundus vero inquinat: ergo
   Qui manet in mundo, quomodo mundus erit?

925. Dabit Deus His Quoque Finem

Fige pedem, nec cede malis; deus his quoque finem,
   Quo minime speras tempore, crede, dabit.

926. Deus Numerat, Munerat

Munera ne numera, miseris quaecumque dedisti;
   In caelis numerat, munerat illa deus.

927. Honoris et Divitiarum Comparatio

Donat opes homini deus, et sibi poscit honorem;
   Ergo divitiis anteferendus honor.

919. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).

renes (renum, *m.* pl.): kidneys
scrutor, scrutari: examine thoroughly, search

920. *The Distichs of Cato* (4th century), 2.12.

delibero, deliberare: weigh, consider, deliberate
perquiro, perquirere: search diligently, inquire

921. Jakob Bornitz (c.1560-1625), *Symbola et Emblemata* 55.

fortuitus, -a, -um: accidental, chance
guberno, gubernare: pilot, guide

922. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 31.

ater, atra, atrum: dark, black, gloomy
sitio, sitire: thirst, be thirsty, thirst for

923. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

irritus, -a, -um: useless, without effect, in vain
livor (livoris, *m.*): bluish color, envy, spite

924. Giuseppe Gatti, *Sales Poetici, Proverbiales, et Iocosi* (1703).

inquino, inquinare: stain, pollute, corrupt
mundo, mundare: make clean, cleanse

925. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 5.16.

figo, figere: fasten, fix, thrust in
minime: least of all, not at all

926. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 7.73.

munero, munerare: honor, reward
numero, numerare: number, count

927. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 8.7.

antefero, anteferre: carry before, prefer
comparatio (comparationis, *f.*): comparison

928. In Manu Domini Omnes Sunt Fines Terrae

In Domini stat cardo manu, quo vertitur orbis,
Et digitis fines continet ipse suis.

929. Mens Nulla Sine Deo Bona Est

Tellurem corpus, mens spectat origine caelum;
Hinc mens absque deo nulla bona esse potest.

930. Dei Vestigia

Certa dei in rebus qui non vestigia cernit,
Flammiferam solis non videt ille rotam.

931. Dei Manus

Quae simul in terris, in aquis, et in aere vivunt,
Omnia larga dei nutrit alitque manus.

932. Potestas, Pietas

Utilis est pietas plus quam terrena potestas;
Nemo potestate salvatur, sed pietate.

933. Auro Quid Melius?

Auro quid melius? Iaspis. Quid iaspide? Virtus.
Quid virtute? Deus. Quid deitate? Nihil.

934. Deus Animus

Si deus est animus, nobis ut carmina dicunt,
Hic tibi praecipue sit pura mente colendus.

935. Quantum Deo Debeatur

A te scire cupis quantum deus ipse reposcat?
Fac penses quantum contulit ille tibi.

936. Trahit, Ducit, Rapit

Attrahit hos, alios ducit, quosdamque Tonantis
Dextra rapit; raptus nemo redire cupit.

928. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Emblemata,* 52.

cardo (cardinis, *m.*): hinge, axis, pole
digitus (digiti, *m.*): finger

929. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 4.98.

absque: without, apart from, away from
origo (originis, *f.*): beginning, source, origin

930. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha*.

flammifer, flammifera, flammiferum: burning, fiery
rota (rotae, *f.*): wheel

931. Anton Moker (1540-1605), *Decalogus Metricus*.

largus, -a, -um: abundant, plentiful, bountiful
nutrio, nutrire: nourish, feed, foster

932. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1408.

salvo, salvare: save
terrenus, -a, -um: earthly, of the earth

933. *Florilegium Gottingense* (ed. Voigt), 299.

deitas (deitatis, *f.*): deity, divinity
iaspis (iaspidis, *f.*): jasper, precious stone

934. *The Distichs of Cato* (4th century), 1.1.

praecipue: especially, in particular
purus, -a, -um: pure, clean, blameless

935. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus*.

penso, pensare: weigh, ponder
reposco, reposcere: take back, demand

936. Iohannes Pignevvart (1624), *Cato Bernardinus*.

attraho, attrahere: draw toward, pull, attract
Tonans (Tonantis, *m.*): Thunderer, Jupiter, god

937. Mundo Tumulatus

Vive deo gratus, toti mundo tumulatus,
Pectore pacatus, semper transire paratus.

938. Tuus Vivus et Mortuus

Me tibi devoveo; votis atque omnibus opto
Esse tuus vivus, mortuus esse tuus.

939. Miraculum

Miretur populus miracula; nil mihi mirum est
Praeter eum, solus qui facit illa, deum.

940. Eclipsis Animae

Ut solem tellus lunamque stat inter opacam,
Stat peccatum inter meque deumque meum.

941. Deum Mente Quaero

Pelle procul tenebras, et, lumina dia inhiantem,
Fac me unum ardenti quaerere mente deum!

942. Sol, Sal, Salus

Te sine nil video, sapio nil: tu meus es sol;
Solus tu meus es sal, mea sola salus.

943. Dum Clavum Rectum Teneam

Dum clavum rectum teneam navimque gubernem,
Uni committam cetera cuncta deo.

944. Dei Amor et Timor

Ut fugiam scelus omne et amem super omnia numen,
Da mihi frena, Timor; da mihi calcar, Amor.

945. Mors Christi

Morti morte tua mortem moriendo dedisti,
Et tua sit mortis, Christe, medela meae.

937. *Philosophia Patrum* (ed. Wegeler), 1467.

pacatus, -a, -um: pacified, soothed, at peace
tumulatus, -a, -um: buried, entombed

938. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

devoveo, devovere: devote, consecrate
vivus, -a, -um: living, alive

939. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.44.

miraculum (miraculi, *n.*): marvel, miracle
mirus, -a, -um: strange, amazing

940. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 4.101.

eclipsis (eclipsis, *f.*): eclipse
opacus, -a, -um: dark, shadowy

941. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

dius, -a, -um: divine, belonging to god
inhio, inhiare: gape, gaze at eagerly

942. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 10.87.

sal (salis, *m.*): salt, good sense, wit
sapio, sapere: savor, be wise, understand

943. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Nucleus,* 37.

clavus (clavi, *m.*): helm, tiller
guberno, gubernare: pilot, guide

944. Bernardus Bauhusius (1575-1619), in Nihus (1642).

calcar (calcaris, *n.*): spur, stimulus
frenum (freni, *n.*): bridle, reins

945. Anonymous, in Nihus (1642).

Christus (Christi, *m.*): Christ
medela (medelae, *f.*): cure, healing

946. Finis Noctis, Finis Mortis

Finis noctis ut est aurora et origo diei,
Tu finis mortis fonsque salutis eras.

947. Christus In Pauperis Specie

Pauperis in specie dum Christus venerit ad te,
Impertire sibi, quod dedit ipse tibi.

948. Sancta Catharina Christo Domino

Sive mori me, Christe, iubes, seu vivere mavis,
Dulce mihi tecum vivere, dulce mori.

949. Adam Primus et Secundus

Is genitore carens, natus sine patre secundus,
Et tamen his pater est unus utrisque deus.

950. Homo Omnis Pomo Miser

Adam primus homo damnavit saecula pomo;
Sic solo pomo sit miser omnis homo.

951. Samson

Vincere quem numquam potuerunt multa virorum
Millia, Samsonem vicit inermis amor.

952. Consequitur Quodcumque Petit

Consequitur quodcumque petit Dictynna sagittis,
Et mens consequitur quod pia cumque petit.

953. Diana

Omnia vincit amor, sed amorem Cynthia vicit;
Fertur enim nullum nosse Diana virum.

954. Quod a Tergo et Quod Ante

Ingenii virtus reminiscendique facultas:
Ista quod a tergo est, illa quod ante, videt.

946. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.135.

aurora (aurorae*, f.*): dawn, light of dawn
origo (originis*, f.*): beginning, source, origin

947. Andreas Gartner, *Proverbialia Dicteria* (1578).

Christus (Christi*, m.*): Christ
impertio, impertire: share, impart

948. Franciscus Remondus (c.1558-1631), in Nihus (1642).

Catharina (Catharinae*, f.*): Saint Catherine of Siena
Christus (Christi*, m.*): Christ

949. John Stradling (1563-1637), *Epigrammata,* 1.104.

Adam (*Hebrew name - m.*): Adam
genitor (genitoris*, m.*): creator, progenitor

950. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).

Adam (*Hebrew name - m.*): Adam
pomum (pomi*, n.*): fruit, apple

951. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

inermis, -e (inermis): unarmed, without weapons
Samson (Samsonis*, m.*): Samson, Biblical hero

952. Gabriel Rollenhagen (1583-1619), *Nucleus,* 24.

Dictynna (Dictynnae*, f.*): Dictynna, the goddess Diana
sagitta (sagittae*, f.*): arrow

953. A.F. Van Vlaenderen, *Epigrammata* (1666), 128.

Cynthia (Cynthiae*, f.*): Cynthia, epithet of Diana
Diana (Dianae*, f.*): Diana, virgin goddess of the hunt

954. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 6.43.

facultas (facultatis*, f.*): capability, power, skill
reminiscor, reminisci: recall to mind, remember

955. Equus Troianus

Cum Troianus Equus fossas murosque subisset,
Quaero ego: Troianis Aequus an ille fuit?

956. Heroum Filii Noxae

Heroum claro fiunt de sanguine noxae,
Quod vel amor nimius, vel mala cura facit.

957. Democritus et Heraclitus

Ille nihil nisi risit, et iste nihil nisi flevit;
Istene ridendus, flendus an ille magis?

958. Ars Memoriae

Simonides olim memorandi repperit artem;
Nullus adhuc artem repperit ingenii.

959. Scipio

Pro patria patribusque mori populoque Latino,
Corde animoque pio, Scipio suscipio.

960. Maro

Carmina de terris scribis, Maro, culta colendis;
Tu lectoris agros ingeniumque colis.

961. Seneca

Romanus sapiens fertur posse esse beatus;
An quia pro vero mortuus ille fuit?

962. Galenus Angelus

Angelus es bonus anne malus, Galene? Salutis
Humanae custos angelus, ergo bonus.

963. Quid Novi?

Nil ait esse novum Salomon sub sole; Columbus
In veteri mundum repperit orbe novum.

955. A.F. Van Vlaenderen*, Epigrammata* (1666), 271.

fossa (fossae*, f.*): ditch, trench
Troianus, -a, -um: Trojan, of Troy

956. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.30.

heros (herois*, m.*): hero
noxa (noxae*, f.*): harm, crime, criminal

957. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 2.46.

Democritus (Democriti*, m.*): Democritus, Greek philosopher
Heraclitus (Heracliti*, m.*): Heraclitus, Greek philosopher

958. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 7.4.

memoro, memorare: bring to mind, mention
Simonides (Simonidis*, m.*): Simonides, Greek poet

959. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 7.79.

Latinus, -a, -um: Latin, of Latium
Scipio (Scipionis*, m.*): Scipio, Roman general

960. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 2.157.

lector (lectoris*, m.*): reader
Maro (Maronis*, m.*): Publius Vergilius Maro, Virgil

961. A.F. Van Vlaenderen*, Epigrammata* (1666), 65.

Romanus, -a, -um: Roman
Seneca (Senecae*, m.*): Seneca, Roman philosopher

962. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 6.49.

angelus (angeli*, m.*): messenger, angel
Galenus (Galeni*, m.*): Galen, Roman physician

963. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 5.21.

Columbus (Columbi*, m.*): Christopher Columbus
Salomon (Salomonis*, m.*): Solomon, Biblical king

964. Nostradamus, sive Ex Ore Astrologi

Nostra damus, cum falsa damus, nam fallere nostrum est;
Et cum nostra damus, non nisi falsa damus.

965. Aenigma: Quid Sum?

Omnia consumo, foveo simul omnia; rerum
Causa fui, rerum mox quoque finis ero.

966. Aenigma: Quid Sum?

Blanditiae pater et sum filius ipse doloris:
Qui tenet hoc, metuit; qui caret, ille dolet.

967. Aenigma: Quid Sum?

Sum terra, ex terra genitus, mox terra futurus;
Me terra genitum terra recondet item.

968. Aliquid ex Nihil

Addideris unum nihilo, nihil inde creatur;
Adde uni nihilum, nascitur inde decas.

969. Quid Sum?

Filia sum solis, quae sum cum sole creata;
Sum decies quinque, sum quinque, decemque vocata.

970. Quid Sum?

Mater alit vivum, vivens mox devoro matrem;
Matre tamen morior commoriente simul.

971. Quid Est?

Est aliquid, quod, si videas, sinis usque iacere,
Et, si non videas, sat scio, tollis humo.

972. Quid Sum?

Destituor pedibus; vox est mihi nulla; remotos
Ire tamen cogor dictaque ferre locos.

964. Anonymous, in Nihus (1642).

astrologus (astrologi*, m.*): astronomer, astrologer
Nostradamus (Nostradami*, m.*): Nostradamus, seer

965. *Flores Aenigmatum Latinorum* (ed. Binder), 59. [Ignis]

aenigma (aenigmatis*, n.*): riddle, enigma
foveo, fovere: keep warm, foster, favor

966. Nicolaus Reusnerus (1545-1602)*, Aenigmata,* 158. [Aurum]

aenigma (aenigmatis*, n.*): riddle, enigma
blanditia (blanditiae*, f.*): flattery, charm

967. Nicolaus Reusnerus (1545-1602)*, Aenigmata,* 11. [Homo]

aenigma (aenigmatis*, n.*): riddle, enigma
recondo, recondere: hide, conceal again

968. John Owen (c.1564-c.1628)*, Epigrammata,* 7.120. [01, 10]

decas (decadis*, f.*): decade, ten
nihilum (nihili*, n.*): nothing

969. *Flores Aenigmatum Latinorum* (ed. Binder), 164. [LVX]

decies: ten times
quinque: five

970. *Flores Aenigmatum Latinorum* (ed. Binder), 69. [Flamma]

commorior, commori: die together with
devoro, devorare: devour, gobble up

971. *Flores Aenigmatum Latinorum* (ed. Binder), 167. [Nux Vitiosa]

nux (nucis*, f.*): nut
vitiosus, -a, -um: faulty, bad, rotten

972. *Flores Aenigmatum Latinorum* (ed. Binder), 1. [Epistola]

destituo, destituere: forsake, rob, defraud
remotus, -a, -um: removed, remote, distant

973. Quid Sum?

Ex aliis nascor, nec quicquam nascitur ex me,
Dissimilis matri dissimilisque patri.

974. Quid Est?

Unica semper avis, pater et sibi filius ipsa,
Morte sua vitam dat sibi sola novam.

975. Phoenix et Vipera

Tu pereundo paris viventem mortua, phoenix;
Vipera, vi pariens, tu pariendo peris.

976. Bellum et Foedus

Est bellum nomen, sed res foedissima bellum;
Est foedum nomen, sed res bellissima foedus.

977. Quis Sum?

Matre carens ego, necdum nata, parens tamen una
Sum cunctis: vitam do simul atque necem.

978. Quis Est?

Dic mihi, quis quartam totius perdidit orbis
Partem? Cuius erat tam scelerata manus ?

979. De Suo Libro

Hic liber est mundus: homines sunt, Hoskine, versus;
Invenies paucos hic, ut in orbe, bonos.

980. Liber Sic Est

Sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt mala plura
Quae legis hic: aliter non fit, Avite, liber.

981. Ars Poetandi

Disce poetandi de toto artemque canendi,
Nam faciet risum, si tibi nota parum.

973. Nicolaus Reusnerus (1545-1602), *Aenigmata,* 81. [Mulus]

dissimilis, -e (dissimilis): unlike, dissimilar
mulus (muli, *m.*): mule

974. Nicolaus Reusnerus (1545-1602), *Aenigmata,* 86. [Phoenix]

phoenix (phoenicis, *m.*): phoenix
unicus, -a, -um: one only, singular

975. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 2.185.

phoenix (phoenicis, *m.*): phoenix
vipera (viperae, *f.*): viper, snake

976. *Adagiorum Maxime Vulgarium Thesaurus* (1730).

bellus, -a, -um: pretty, handsome
foedus (foederis, *n.*): treaty, alliance

977. *Flores Aenigmatum Latinorum* (ed. Binder), 61. [Eva]

necdum: not yet
nex (necis, *f.*): death, murder

978. *Flores Aenigmatum Latinorum* (ed. Binder), 138. [Cain]

quartus, -a, -um: fourth
sceleratus, -a, -um: criminal, wicked

979. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 1.3.

Hoskinus (Hoskini, *m.*): Hoskins
versus (versus, *m.*): line of verse, poetry

980. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 1.16.

Avitus (Aviti, *m.*): Avitus
mediocris, -e (mediocris): middle, average

981. Georgius Carolides (1569-1612), *Farrago*, 3.48.

poetor, poetari: be a poet, write poetry
risus (risus, *m.*): laughter

982. Carmen Non Longum

Altius in nostris defixum mentibus haeret
  Quidquid non longo carmine praecipitur.

983. Thalia Nostra

Parcere nominibus nostri didicere libelli;
  Crimina, non homines, nostra Thalia premit.

984. Distichorum Liber

Disticha qui scribit, puto, vult brevitate placere;
  Quid prodest brevitas, dic mihi, si liber est?

985. Epigrammata Brevia

Me, mea quod nimium brevia haec epigrammata, carpis,
  At tu nulla facis; sunt breviora tua.

986. Epigrammata Scribere

Quae scripsi dicis non esse epigrammata; nescis,
  Nam scio quod tu vix scribere gramma potes.

987. Tu Qui Disticha Carpis

Nullius ingenii tamquam sint disticha carpis;
  Tu nil cum scribas, quale tibi ingenium est?

988. Scribitne Cinna?

Versiculos in me narratur scribere Cinna;
  Non scribit, cuius carmina nemo legit.

989. Libellos Mittere

Cur non mitto meos tibi, Pontiliane, libellos?
  Ne mihi tu mittas, Pontiliane, tuos.

990. Tuum Quod Emis

Carmina Paulus emit; recitat sua carmina Paulus,
  Nam quod emas possis iure vocare tuum.

982. Urbano Appendini (1777-1834), *De Educatione Disticha.*

defixus, -a, -um: stuck, attached, fastened
haereo, haerere: stick, cling to

983. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

libellus (libelli, *m.*): little book, pamphlet
Thalia (Thaliae, *f.*): Thalia, muse of comedy and poetry

984. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 8.29.

brevitas (brevitatis, *f.*): shortness, brevity
distichon (distichi, *n.*): distich, two-line poem

985. John Dunbar (c.1585-1626), *Epigrammata,* C4.100.

carpo, carpere: pick, pluck, criticize
epigramma (epigrammatis, *n.*): epigram

986. John Stradling (1563-1637), *Epigrammata,* 2.25.

epigramma (epigrammatis, *n.*): epigram
gramma (grammtis, *n.*): letter, piece of writing

987. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

carpo, carpere: pick, pluck, criticize
distichon (distichi, *n.*): distich, two-line poem

988. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 3.9.

Cinna (Cinnae, *m.*): Cinna
versiculus (versiculi, *m.*): little verse, line of poetry

989. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 7.3.

libellus (libelli, *m.*): little book, pamphlet
Pontilianus (Pontiliani, *m.*): Pontilianus

990. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 2.20.

emo, emere: buy
recito, recitare: read out, recite

991. Bibliopola Meus

Sunt quidam, qui me dicant non esse poetam,
Sed qui me vendit bibliopola putat.

992. Ad Lectorem de Suo Libro

Ne tibi non placeant vereor mea carmina, lector
Candide; ne placeant, lector inepte, tibi.

993. Ad Brantium

Omnia si laudas mea, Branti, caecus amore es;
Omnia si culpas, caecus es invidia.

994. Stultitia et Invidia

Qui legis ista, tuam reprehendo, si mea laudas
Omnia, stultitiam; si nihil, invidiam.

995. In Lividum

Livide, non miror quod tu mea carmina carpas:
Carmina nulla facis, carmina nulla probas.

996. Ad Invidum

Non legis et carpis; quae nec capis, invide, carpis;
Invide, quid carpis? Fac meliora; legam.

997. Epigrammata Centum Non Satis

Cui legisse satis non est epigrammata centum,
Nil illi satis est, Caediciane, mali.

998. Inedita

Cur ego non edam in lucem mea disticha quaeris;
Edita, si mala sunt, quis revocare potest?

999. Blatta Libros Probet

Si terit atque probat nemo mea scripta, sat esto
Quando terit libros blatta probatque meos.

991. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 14.194.

bibliopola (bibliopolae, *m.*): bookseller
vendo, vendere: sell

992. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 3.3.

ineptus, -a, -um: silly, inept, foolish
lector (lectoris, *m.*): reader

993. Bernardus Bauhusius (1575-1619), in Nihus (1642).

Brantius (Brantii, *m.*): Brantius
culpo, culpare: blame, find fault with

994. John Owen (c.1564-c.1628), *Epigrammata,* 1.2.

reprehendo, reprehendere: blame
stultitia (stultitiae, *f.*): foolishness, stupidity

995. John Dunbar (c.1585-1626), *Epigrammata,* C3.29.

carpo, carpere: pick, pluck, criticize
lividus, -a, -um: black-and-blue, livid, spiteful

996. Nicolas Borbonius (1503-1550), in Nihus (1642).

carpo, carpere: pick, pluck, criticize
invidus, -a, -um: spiteful, hateful, hostile

997. Martial (40 - c.104), *Epigrammata,* 1.118.

Caedicianus (Caediciani, *m.*): Caedicianus
epigramma (epigrammatis, *n.*): epigram

998. Michaelis Verinus (c.1469-c.1487), *Disticha.*

distichon (distichi, *n.*): distich, two-line poem
ineditus, -a, -um: not published

999. Johann Volkmar Bechmann (1624-1689), *Epigrammata.*

blatta (blattae, *f.*): moth
tero, terere: wear away, wear out

1000. Ad Lectorem

Nec lege quae iubeo, nec quae te iusserit alter,
Sed lege quae genio sunt mage grata tuo.

1001. Epilogus

Plura dabo, mea si placeant, sed si mea forte
Displiceant, sat erit displicuisse mihi.

1000. John Dunbar (c.1585-1626), *Epigrammata,* C6.3.

genius (genii*, m.*): tutelar deity, spirit, personal inclination
lector (lectoris*, m.*): reader

1001. A.F. Van Vlaenderen*, Epigrammata* (1666), 306.

displiceo, displicere, displicui: displease, dissatisfy
epilogus (epilogi*, m.*): winding up of a speech, epilogue

FINIS